



1682

1. Dexbach, Ioh. Nepomus: *Desistonia*.
2. Funck, Iohannus: *Hypnum nunc de geranio.*
3. Stoeckrath, Franciscus: *De prescriptione reges et principes summos distinguentes.*
4. Ternar, Iohannes: *De lege irrationalib[us].*
5. Ternar, Iohannes: *De accusatione extra processum.*

1683

1. Boga, Iohannes Cossatus: *De immissione et adjunctione*
2. Brugmester, Petrus: *Fus singulare pupillorum et minorum*
3. Grotius, Iohannes: *De satisfactione pro expensis et reconventione*
4. Schleicht, Georgius Fritericus: *Tractatus pecunio filiorum regalis, feudalis et allodialis*



1683.

5. Ternay, Ich. i Receptacione
6. Waldschmid, Joh. Tacitus: De igne perpetuo.
7. Wolff, Joh. Hermannus: De transaktionis
causalibus

1684.

1. Lueper, Otto: De mutu
2. Curtius, Th. Hermans: De teste unico.
3. Pinold, Th. Helvetus, Iacobus Schmitz: De expensis
forni auct. et testis productis cum de testi
bus.
4. Ternay, Ich: Recreum ventione leista.
5. Zumschiffers, Mr Philippus: Testamentum
ministrorum moribundi Hermanni ist est
non minima ejus vel dictoria oratio, juxta Tacitionem
lib 2. annal. cap 71. et unicus habita.
6. Zumschiffers, Mr Philippus: De jure non vestrum

1685

1. Brugth, Joh. Gottlieb: De successione curriculae
sive extraordinariae
2. Franz, Joh. Bernhard: De cancellationle instru-
menti
3. Horstmann, Jan Matthäus: De hominis Dis-.
4. Burghoffer, Georgius: De artillerio impunito.
5. Zunckelissen, Mo. Philippus: Princeps Clemens.
6. Zunckelissen, Mo. Philippus: De privilegiis
professorum-



1
5
6
7.
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
998
999
999
1000



1385.

JUS SINGULARE
PUPILLORUM
ET
MINORUM,

Quod sub
PRÆSIDIO

DEI TRIUNI,

Ex Auctoritate & Decreto

NOBILISSIMÆ & AMPLISSIMÆ
FACULTATIS JURIDICÆ
IN FLORENTISSIMA ACADEMIA
WILHELMIANA,

Pro

Summis in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis

DOCTORALIBUS

Solenniter obtinendis,

MAGNIFICO SENATUI ACADEMICO

placidè discutiendum

Submittit ad diem 6. Decembrie.

PAULUS BURGMEISTER,
ULMA-SUEVUS.

45

MARBURGI CATTORUM,

Typis JOHANNIS JODOCI KÜRSNERI, Acad. Typ.

ANNO MDCLXXXIII.

45
7

1683.2.



**DEO,
PATRIÆ,
PATRONIS
ET
PARENTIBUS.**

52(3)26

I.N.D.N.J.C.
PRÆFATIO.



Eliberaturis quale
thema conclusioni stu-
diorum, adeoque *Inau-*
gurali disputationi con-
veniens ad elaborandum
sumeremus, sese obtulit
in signis favor *pupillorum*
& minorum, & licet ab initio ingenii nostri
tenuitas, juvenilisque ætas ad desperationem,
& ad tacendum nos potius compellerent, ta-
men Alexander apud *Curtium*, l. 7. c. 11. n. 30.
dicens. *Experiendo, que ceteri desperave-*
runt, Asiam habemus in potestate, animum
nobis addidit, nosq; labantes penitus erexit

A 2

illud

illud *Tentando Graci Trojam venerunt*, ut tandem diu titubantes toti huic materiae in cumberimus, quæ præ se satis commendata non propter utilitatem solum sed & frequentem usum, modo audiamus *Zasum*, qui dicere solitus esset, *aureis scribi literis* & publicè pro rostris affigi debere, quicquid unquam de re pupillari scriptum extet; quo circa L. Benevolum; ut ea quæ à nobis dicta sunt, benignè accipiat, precamur, admonentes eum illius quod habet Owenus.

*Non cuivis lectori, auditori ve placebo
Lector & auditor non mibi quisque placet.*

Te verò qui omnia quæque passim vellicas & arrodis, quamvis & nos aggredi velis, non curamus, sed benevolentia aliorum freti solummodo Deum Triunum submissè imploramus ut nostris addat suas vires, certi quod ita omnia bene sint cessura.

JURIS



JURIS SINGULARIS PUPILLORUM & MINORVM,

CAPUT PRIMUM

continens

1. terminor. explicationem.
2. Pupillorum & Minorum definitionem & divisionem.
3. determinationem periodorum.
4. æquitatem &
5. generales regulas hujus juris singularis.

§. I.

Peræ pretium fore duximus, *jus hoc si-*
antequam ulterius progrediamur, con-
gulare ab-
silium JCtiin l.i.pr.de f. & f. non con-
solvitur.
temnere , dum inquit, *quod juri ope-*
ram datus prius nosse debeat unde
nomen juris descendat. Ineptè enim
diceremus de iure singulari cerrarum
personarum , nisi primo sciamus qua-
tales personæ sint. *Pupillum ergo de-*
rivamus à puppo , quem antiqui parvum puerum appellabant, mologiæ.
dicit enim Martialis Epigr. l. 4. de puella quadam.

Dicit sè vetulam , cùm sit Cærelia puppa ,
Pupparam sè dicit Gellia cùm sit anus .

A 3

§. 2.

homony-
mia.

Consideratur a. & in jure nostro accipitur varie strictissime & impropriè pro eo cuius bona curator administrat l. 20. de riuitu nupt. 2. generaliter & quidem [a] denotat omnem eum qui in potestate est l. 8. de acq. l. omitt. hered. [e] eum qui adhuc in patria potestate est. l.f. §. 2. de V.O. l. 7. §. 1. ff. de pecul. & [y] talern qui desiit esse in patria potestate l. 239. ff. de V.S. & vel in specie eum qui patre orbatu*rt.* C. ubi pup. educ. vel in genere qui quovis modo ex patris exiti potestate. d.l. 239. ff. de V.S. & hi aut in alterius putu tutoris potestatem transiere aut non. pr. I. de tut. nobis autem pupillus in genere est omnis is qui nondum pubertatem attigit.

Synonymia

Frequenter in jure nostro etiam impubes appellari libet, l.f. C. de jur. & fact. ignor. l. 4. 2. ff. de acq. l. am. hered. d. l. 7. §. 1. de pecul. ut is qui pubes factus sit exiisse est tutela sua dicatur pr. I. quib. mod. tut. fin. & non amplius impubes sed minor vocetur; quanquam re vera inter se differant l. 4. ff. de in lit. jur. l. 15. ff. de Sponf. cum inapubes sit qui nondū pubertatem ingressus sive adhuc in patria potestate sive non; pupillus vero qui quidem impubes sed sui iuris factus, pr. §. 1. seqq. l. quib. mod. jus. patr. potest sōr. Gedd. adl. 239, de V.S. hic tamen ut in jure nostro ita & nobis pro Synonymis habenur; Impubes autem dicitur qui nondum pubes; pubem autem propriè esse lanuginem illam nascentem circa pudenda, norunt omnes, ita ut & parsilla corporis latinis pubes dicatur, teste Isidoro in c. 3. pubes X. de despōn. impub. impropriè vero puberem; Ulp. Inst. tit. 2. Cassiani eum esse dicebant, qui habitu corporis pubes appetet, h.e. qui generare potest, Proculeji a. qui quatuor decim annos expleverat l. 2. de vulg. & pup. subst. approbante Inst. in §. 1. I. quib. mod. tut. fin. detinans modum illum inspiciendi corpus l.f. C quando tut. l.cur. esse def. Calvin. in verbo pubes. verum Priscus hæc duo coniungebat; probabile enim est masculos anno 14. completo & foeminas duodecimo, licet generare nequeant, puberes tamen in jure nostro dici, nisi materiam nuptiarum excipere velis, quamvis enim à potentia generandi primitus determinata fuerit pubertas, indeque factum quod foeminae citius pubescant, cum sc̄ prius generare possint, facilius enim esse parti quam

quam agere, & id inde factū esse conjicimus, quod olim in solis hūptiis pubertatis consideratio occurserit, in materia vero tutelari & alīs magis pupillaris aetas à judicio considerata, cum vero postmod. appellatio pubertatis ad tutelas & alias materias extensa fuerit, potuit id facile ad certum annorum numerum determinari; ceterum in causa alimentorum, qua pueris puellisque usque ad pubertatem præstari quis cavit pietatis intuitu laxiora tempora præscripta sunt & puberes masculos 18. foeminas vero 12. anno intelligimus l. 14. §. 1. de alim. leg.

Minor latinè loquentibus dicitur generaliter i. de rebus & *Minoris* quidem illis quæ medie sint magnitudinis, hinc minore lance le homony-
gatā debetur illa quæ med. magnitudinis est d. l. 13. de aur. & arg. mia.
leg. sic minorem libertatem dicimus qua est inter justam & dedi-
tutam eod. modo minorum capitii deminutionem appellamus
medium, minorem ordinem & equestrēm *Martial.* l. 4.

Cum plebs & minor orda maximusq.

2. de personis; vel ratione dignitatis; minor enim dicitur magistratus qui est sine imperio l. 18. pr. d. minor. l. 32. ff. de injur. etatis; ut minor natu distinguitur à fratre majore; stature; quatenus mi-
nor Jacobus differt à majore; conditionis, quando pauper dicitur
sabellē diviti, vel ratione annorum ut minor i. strictissime & magis
impropriè sit is quid est minor 14. annorum c. 8. præterea cum febre
X. de probare. & ita sumitur pro impubere. 2. in genere qui nondum
25. annum complevit ita ut & pupilos & in utero existentes com-
prehendat l. 4. 5. & pen. d. minor. ut accipiuntur in materia resti-
tutionis in integrum; 3. in specie minor sumitur qui pubertatis
annos egressus nondum annum 25. implevit & sic pupillis oppo-
natur l. 30. C. de Episc. Aud. l. 8. §. 1. & 3. C. de bon. q. lib. pr. 1. de
surat. & in hac posteriori acceptione & nobis *Minor* placet.

Jus quam variè audiatur Paulins l. 11. d. I. & I. nobis satis *Iuris ho-*
nuit; denotat etiam potestatem t. t. de his qui sui l. al. jur. dein monymia.
facultatem jure concessam ut in definitione actionis, ususfructus,

in hoc autem nostro scripto dicitur indultum Imperatorum & quidem speciale h.e illa scilicet particula quæ contra tenorem iuris propter aliquam utilitatem , necessitatem auctoritate constitutum introducta est l.16.de LL. & l.196.de R.I. & hic quidem pupillis & minoribus peculiariter concessa ut plurimum eorum emolumentum respiciens.

§. 6.

*item defin.
pupilli.* Definitur autem *pupillus* à habilitate generandi habituq; corporis, quod sit is qui sui juris l.239. f.4. V.S.l. 43. d.O. & A. non dum annum 14. si mas vel 12. si femina attigerit pr. I. quib. mod. tut. fin. l.f. C. quand. tull. cur. esse def.

§. 7.

*eiusque di-
visione.* Ætatis pupillaristres à DD. describuntur gradus ; Est enim *Pupillus* vel *infans*, vel *Infantia* vel *pupertati proximus*. §. 9. I. *inut. stip.* ubi ultra apparet alio sensu dici proximum pubertati alio proximum infantiae : illum qui necdum pubertatem attigit, hunc qui infantiam est egressus, nec aliter potest quippe cum à prima nativitate dicatur *infans*. Bach. ad I. de tut. n.2. add. I. pen. de maum. vindicta.

§. 8.

qui infans. *Infans* autem dicitur qui fari non potest l.1.pr. de V.O. 1. 3. §. 2. de tut. l.2. l.6. rem *pup. salv. fore* l.70. de V.O. arg. l.3. C. qui adm. ad B.P. pos. & est is qui minor est septem annorū. l. 18. C. dejr. delib. 1. §. 2. de admin. tut. Gl. in §. *pupillus* I.d. *inut. stip.* hinc *Solen leg* istrator de mundi opificio

Impubes & *adhuc infans cum sepe a molaris
Educit primum, septimus annus erit.*

*Menoch. d. arbitr. jud. c. 57. n. 7. seqq. Cuiac. ad l. 1. de V.O. Gædd. de contrah. stip. c. 7. conel. 12. n. 171. & quamvis anno secundo vel tertio loqui possunt, non tamen sit cum certa distinctione, loqui autem intelligendū est emphaticē quomodo hoc explicat Theoph. qui in d. §. 9. Tert. εἰ τὸ ἐπώνυμον δύταται τὰ φίμωτα ἀλλά διαπλεύει δύταται τὸ μὲν τὰ τεχνέμενα, loquitur de infante : hic quamvis eloqui verba possit, tamen nequā discernere quid sibi velint ea quia dicuntur. Bach. dl. *Infantia proximus* est qui septemium nu-* per

*vel infan-
tia proxi-
mus.*

¶(9)¶

per superavit; differt ab infante quod ille non intelligat quid loquatur, hic a. non sciat sc. cum accusationi judicio quid agat. *Cujac ad d. §. 9. I. d. inut. stip.* quod enim aetate pupillari aliquid intelligere incipiant etiam juridice loquendo exinde appareat quod sponsalia contrahere possint *L. 14. de Sponsal.* huc enim utique requirent consentum *d. §. 9. I. d. inut. stip.* de intellectu paulo accusationi accipimus vel comparativè ad alios pupilos quod non infrequens in iure; sic etiam §. 1. I. quib. mod. non est perm. fac. test. omnibus pupillis denegat judicium comparativè lc. ad minores & propterea nisi aliquem intellectum attribuas; qui in *d. §. 9. & L. 5. d. R. I.* cum tutori auctore agere possint? cum constet auctoritatem tantum proficere judicium pupilli non vero introducere: alias enim & infantibus furiosis &c. tutor auctor fieret. *Bach. dl. Pubertati proximus v.* est qui à pubertate non longè absit & rerum intellectū jam capiti dolique capax est *L. 23. seq. de furt.* ab infante & infante proximo distat in eo quod sc. intelligat quid loquatur & quid agat. vid. etiam *Hahn. ad Wes. de paet. n. 5.*

§. 9.

*vel puber-
tati proxim-
mu.*

minor verò

*Minor oppositivè ad pupillum est is qui pubertatis a nnos e-
gressus nondum implevit annum 15. tt. d. minor. & C. defi-
dej. min. pr. I. d. curat. et si ultimum 25. anni diem attigerit, non
habetur enim pro majore, cum hora in qua quis natus inspiciatur
tempusque à momento ad momentum computetur. L. 3. §. 3.
d. minor.*

§. 10.

*Dividitur autē ratione aetatis, aut enim est infra aut supra ter- dividitur
minimū plenæ pubertatis; plena pubertas autem certum annor. ter- à plena
minimū in jure nostro consequitur, qui sunt octodecim annorum. pubertate.
§. 4. I. & L. 40. §. 1. de adopt. §. f. I. q. & ex quib. caus. manum. lic.
qui enim illos non implevit non consequitur effectus plenæ puber-
tatis. dd. text. Dein minor est vel naturaliter & civiliter simul
talis; vel naturaliter tantum prior §. 9. modo descriptus, posterior
vero est qui veniam aetatis impetravit tt. C. de his qui veniam aetatis
impetr. quam autem mas anno 20. foemina vero 18. demum conse-
quentur. L. 2. §. 1. seq. C. d. t. id tamen non adeo strictè observatur*

B

ut

ESL

¶(10)¶

ut Sacre Caſareæ Majestati non liceat ſuppletivè ex certa cauſa a liud ſtatueret; exemplum eft in perſona Sereniflimi Regis Danie Christiani IV. cui Imperator ob Regias dotes & qualitates veniam ætatis nondum anno 17. completo induxit. *Hering. tr. de fide. c. 7. n. 110. quod etiam teſtatur Duarenus ad d.s. C. de his qui ven. alia adducens exempla.*

§. 11.

*Et est vel
verus vel
fictus.*

Minores & pupilli ſimil sumiſiunt veri vel ficti de illis jama dictum, hi vero ſunt omnes qui jure eorum utuntur ut i. furiosi prodigi, mente capti & in genere omnes qui curatore reguntur *antk. minores. in fin. C. qui dar. tut. I. cur. pos. I. 9. de acq. I. am. hered. 2. Ecclesia c. 1. & 3. X. de ref. in integr. Pius locus I. 32. C. de Episc. & cleric. 3. Fiscus & Republ. I. 4. C. quib. ex cauſ. maj. I. 3. C. de jure Reipubl. libr. II. 4. Mulier arg. I. f. pr. ad Sct. Vellej.*

§. 12.

*determi-
natio etatiū
est vel pu-
bertatis
&c.*

Hicce prämissis determinationem etatum aggredimur; tertiaro etatu minustamen infantiae, pubertatis ut & plenæ, majorenitatis quemadmodum certus in jure noſtro ita & nobis infallibilis, de quo & ante a jam dictum, investigare tamen debetur cur terminus pubertatis non idem masculis cum foeminis uti majorenitatis? differentiam hanc nobis illuſtrat *Vinn. ad I. pr. d. cur. dicens*, terminum majorenitatis propter ingenii constantiam eſſe präfinitum, quia non citius in foeminis quam masculis eluceat; & potius diurniore eura opus habere propter earum ingenium fragile. t. 2. de R. I. quia tamen non tot negotiis implicantur mares & plerumque hoc tempore nuptui date ut ita per maritum ear. negotia gerantur eodem utuntur jure cum masculis. Pubescere autem citius cum pubertas à generandi habilitate deducatur foeminæ autem citius maribus fieri habiles ad generandum tota Shola Phycior. & experientia teſtatur.

§. 13.

Non incommodè autem hic in rationem inquiritur cur biennio foeminæ maturius veniam etatis imperat & explosis omnibus divinationibus cū *Bacch. ad pr. I. de cur. facimus quod sc. nulla possit dari ratiō; venia enim etatis non conceditur nisi propter perfectum judicium at foemina non citius ad perfectionem judicij per*



¶ II 128

pervenire possunt quam mares ut in §. prec. dicit. Brederodii ad Schneidervv. ratio mera est divinatio; Sufficit ergo quod Imperatoribus ita placuerit, non enim de omnibus rebus potest dari ratio dicti. 20. de leg.

§. 14,

Bene tamen convenit juri naturæ certum esse terminum possumus pubertati & majorenitati, quamvis enim quis putet hoc ita accuratè definiiri non posse cum in quibusdam citius in aliis tardius judicium maturefcatur vel pubertas sepe ostendat, tamen cum dolo vix caret qui ætatis istius facilitati imminent & aliorum dispendiis locupletari vult quæ isti per judicij imbecillitatem prævidere & æstimare nesciunt, & legislator liberam circa indifferenticia habeat potestatem, certum terminumq; nostrum positivum definit; quo etiam aliquid certum in legibus habemus & cum ut plurimum ita fiat. I. 3. de leg. licet in termino statuendo varie variaverint leges positivæ civitatum. Puffendorff. d. I. N. & G. libr. 3. c. 6. §. 5. & pass.

§. 15.

Terminos nunc ponemus infantie & pubertatis proximitati, cum hi in jure expressè definiti non reperiantur, quia autem DD. schola sepe in multas abscondat partes, ut dum alii dividant tempora ab infantia ad pubertatem ut facit Accurs. ad §. 9. 7. de inut. Stip. Petrus Faber faciat annum duodecimum ad I. 5. d. R. I. Cujac. dicat illum esse proximum pubertati cui semestre desit arg. l. 111. de R. I. 17. obs. 4. f. Menoch. a. de arbitr. C. 57. n. 20. seqq. Judicio & arbitrio relinquat judicantium, nos accuratius ea proponamus & quidem distinguendo inter aëtus licitos & illicitos, ita ut in illis ex numero annor. h.e. ut dividatur tempus ab infantia ad pubertatem, & infantie proximi masculi sc. sint usque ad decimum cum dimidio foemina v. ad nonum cum dimidio: pubertati tamen proximi ab his terminis usque ad pubertatem Hahn. ad Wef. de pat. n. 5. quod propter tradita Accurs. etiam pater è terminis: Proximus enim infantie dicitur tamdiu quam diu non est proximior pubertati quod non ante sit quam si mas decimum & dimidium foemina vero nonum & dimidium excessissent; in his vero ex judicij maturitate judicemus arg. §. pen. 7. de obl. qua ex del. B. 2. mascul.



nesci. ibi posteriota verba coniunguntur ita ut in delictis non aliter possit puniri impubes nisi etiam intelligat: cum delictorum mille sint forma criminisque qualitas, etatis dolique capacis malitia ponderanda l.9. §. 2. ad L. Aquil. l. 23. de fur. quod determinari nequit; malitia enim quandoque supplet etatem; dicitur enim factum minam quand. à puer decenni gravidam factam quod & de Solomone illo testantur nutricem anno 10. complexu suo prægnantem fecisse, merito ergo judicis arbitrio relinquimus arg. l. §. f. de Iur. delib. Coras. mis. l. 6. c. 23. Gædd. all. loc. n. 187. seqq. Hænon. ad l. 5. de R. I.

§. 15.

Approbatur hoc ius singulare ipse Jehova Exod. 22. vers. 22. Vidua & pupilla, dicit non nobebitis si laseritis eos vociferabuntur ad me & ego audiam clamorem eorum & indignabitur furor meus percutiamque vos gladio & erunt uxores vestrae vidua & filii vestri pupilli. non præterierit favorem harum personarum Moses ex ore Dei. dum illis decimam dare jubet Deut. 26. v. 12. seq. Jus natura vult & jubet ut qui perfecta etatis non sint alias tutela regi necesse habeant, hæc etas enim imbecilla imperita, multorum insidiis exposita & nisi optimè instituatur ad omnia vita proclivis est, negligitur tamen cum magno Ecclesiæ & Reipubl. incommodo, quorum seminaria est; hoc tamen ipsis præcepto alicui naturali tutelam non adscribimus sed tantum defensionem & quem jure civili singulariter constituta sunt de pup. & minoribus ratione naturali convenire, imò in ea fundari & ex ea fluere ita quidem ut si jus naturæ non jusserit, suaferit faltem introduci. vid. Grot. l. 1. c. 1. §. 10. Puffendorf. de I. N. & G. l. 2. c. 3. §. 21. Gentes hæc firmant in omnibus enim pene historicorum monumentis vide mus has personas legislatoribus curæ & cordi fuisse, testantur hoc M. Anton. qui hanc in rem Prætorem Turelarem creavit & Athenienses qui certos habuerent equestris auxilium teste Xenoph. D. Severus 2. ait ad curiam publicam pertinet subvenire pupillis l. 2. §. 2. qui pertinet. à quo non ab ludit Imperator Justinianus in N. 72. pr. A. Gelius a. in suis Noct. Att. scribit l. 5. c. 13. Romanos post parentes primum locum dedisse pupillis; & sanctius habuisse defendere pupilos quam clientem non fallere:

§. 16.

9(13)²⁵

§. 16.

Est autem ius singulare in genere divisione defunta ab objecto & subjecto aliud personale aliud reale; Illud quod personæ cohaeret verò ut tali non communicatur; Hoc verò quod rei magis quam personæ coheret, quamvis utilitas inde ad personam redundet; utrumqueratione effectus est vel personale l. 42. dead-min. & peric. tut. l. 19. de min. cod. forte modo ut pacta realia & personalia dicuntur in l. 7. §. 8. de pact. prius est quod ad personam restriktum est & cum ea extinguitur; arg. d.l. 42. posterius est quod est transmissibile, cessibile & communicabile sive sit personæ concessum sive rei. l. 19. de minor. l. 13. prl. 18. §. f. eod. tt. C. de fidei usq. min. l. 1. §. 17. de tut. & rat. distr. & hoc sensu rectè à Franzk. ad tit. d. conf. Princip. n. 42. mixtum appellatur. Prius illud est subdividi solet in personalissimum & simpliciter personale; ita ut illud plane nullo modo sit cessibile, communicabile & transmis- sibile, hoc verò ratione exerciti sive communicabile, ita ut com- municatus ex persona communicantis eo fruatur. vid. Hahn. ad personalis- Wef. d. pact. n. 4. verbo secundo à mater quia cum Bartolo. Gl. & simum. Wef. l. 17. §. 5. cum l. 21. & l. 25. de pact. conciliat. & simul addit qui- bus hæc pacta pers. profint, qua non patrū faciunt ad infra dicenda.

§. 17.

Et ita juxta tradita l. 68. & 196. d. R. I. intelligimus ut privi- legia quæ causæ sint, id est quæ vel rei sive negotio concessa vel per- sonæ quidem sed non ob eius singularem conditionem quam potius ob causæ favorem ad heredes transmittantur quæ verò personæ sc. vel ipsi coherentia vel rei ejus quidem concessa ob persone tamen conditionem, ut hæc locum faciat beneficio; in heredes non trans- ciant, sed deficiente personæ conditione beneficium quoque extin- guatur; ita à Dd. ad h. l. suppleta hue transcribimus non verò ge- neraliter intellecta; unde autem colligi possit quando personæ vel rei sit concessum privilegium hoc bene & suo more nervosè supplet Franzk. ad t. de conf. Princip. n. 39. seqq. cum alleg. ad eum ergo brevitat studio nos referre malamus.

§. 18.

Licer autem DD. in eo subsistant quod privilegia personæ ob- certam conditionem concessa nec transmissibilia nec cessibilia nec

B 3

nec

*Jus singu-
lare est vel
personale
vel reale.*



nec communicabilia sint; quoniam verò varia in jure nostro offendimus loca inter qual. l.13.18.§.f.l.19. de min. it. C.de fidej. min. l.1. § 17. de tut. & rat. distr. & simil. in quibus ejusmodi privilegia ob conditionem minorum & pupillorum singularem concessa, nonnunquam & heredibus & fidejussoribus profunt, aliquando nec illis nec his, quandoque heredibus non fidejussoribus & vice versa, idèo tentabimus quædam determinare: Referre autem existimamus an persona conditio specialis consideretur ad beneficium acquirendum an verò ad acquisitum exercendum; ut priori modo beneficium sit cessibile & in heredes transmissibile, fidejussoribus verò regulariter non communicetur, ratio est quia beneficium quæsitum incipit esse in patrimonio & ita consequenter in hereditate remanere dicitur, A.l.18. §.f.de minor. l.1. C.si advers. dotem l.6. de rest. in integr. Sfort. Odd.p.2.q.50. art. i. n.11. seq & non tantum transmissibile verū est etiam cessibile per l.24.pr.de min. l.25. de admin. & peric. tut. omne enim transmissibile est etiam cessibile arg.l.4.2.cod. unde fit quod restitutio minoris sit cessibilis Sfort. Odd.p.2.q.49. art. 2. non obstante quod jus ætatis transmissibile & cessibile non sit arg. §.3. q. de usfr. tanquam jus personalissimum. Resp. potest, quod ætas non inspicatur à nobis ad exercendum hoc privilegium sed tantum ad producendum; quod vero nonnulli respondent distinguendo an sit concessionum privilegium certo individuo an verò certo personarum ordinis; ena non absolvit salva tamen eorum auctoritate cum dentur privilegia individuis quæ transmittuntur, ut omnia personalia in genere ita dicta quæ nobis sunt realia, è contra & certo personarum ordinis: imo regulariter omnia si & in ipso exercito personæ conditionem inspicimus, quæ nullo modo sunt cessibilia vel transmissibilia; quod appetat exprivilegio pupillorum, Studiofor. Doctorum. Nobilium &c. viduarum quod habent rationi fori privilegiati. facit & l.42. de adm. & peric. tut. ubi privilegium minoribus datum ratione hypothecæ tacita cessat in heredibus quod etiam agnoscit Struv. Ex.2.n.29. tacitè refutans communem hanc responsionem, dicens quod privilegium singulis concessum (ut est hoc minorum) tamen toti ordini minorum ad successorem quæ talen non transeat.

§. 19.

Quod autem in fidejuslōres non transeat hēc ratio assignari potest, ex predicitis enim scimus quod non nisi cum universitate transire possit unde in eum qui successor universalis non est transire nequit; & is qui cum pupillo vel minore contrahit, cum sciat sibi ab hisce personis non latissimē prospectum ideo desideret fidējussorem quo hic defectus suppleatur; consequenter privilegio pupillari utinequit cūm accedat ad roborandum contractū p. f. de fidejuss. l. 1. §. 8. de O. & A Sfort. Odd. p. 1 q. 50. art. 1 n. 11. & p. 1 q. 48 art. 1 seqq. Perez. ad C. & d. fidej. min. n. 1 seqq. & quidem ex propria obligatione fidejuslōres non vērō principalis adstrin- guntur juxta l. 12. C de fidejuss. alias creditori cūm damno vigilan- tia sua noceret & sua facilitati imputet fidējussor quod pro tali intervenerit Perez. d. l. n. 2. quod in restitutione minoris clare per- spicitur, illa enim fidējussori nil prodest. d. l. 13. de minor. l. 1. 2. C. de fidej. minor. l. 2. 5. de fidejuss. & hoc sensu verum est quod bene- ficium restitutionis personalis vocetur defensio. l. 95. §. 3. de solut. quod tamen fallit si per restitutionem minoris jus ita enervaretur ut nil remaneret ratione cuius fidējussor teneretur, quod sit si mi- nor contra aditionem hereditatis restituatur. l. 2. §. 1. d. adm. tut. l. 51. de procur. l. 89. de acq. vel am. hered. aut si alio modo credito- ri jus sit salvum d. ll. Perez. d. l. n. 2. Donellus lib. 21. com. c. 14. Struv. ad t. de minor. §. 60. quoque enim creditorius suum ha- bet salvum non opus est ex hac obligatione infirma & planē ener- vata (extincta enim omnimodo non est cum tantum effectus quadam minorem ei detractus Perez. d. l. n. 3) contra fidējus- sor rem agere; ex his facilē colligimus si dolo adversarii minor sit la- sus ipsi fidējussori subvenire; l. 2. C de fidej. min. cum hoc ex causa communi detur non enim personale sed reale potius est l. 7. de ex- cepte. exceptio enim dolii realis est & omnibus competit non mi- rum ergo quod & fidējussori; qui a etiam æquius est adversarium qui dolum committit damnum pati quam fidējussorem qui bona fide intercessit Sfort. Odd. p. 2. q. 48 art. 2. Bacch. ad xp. c. 12. n. 2. & Perez. d. l. n. 1. Hic etiam queritur an si fidējussor minoris etiam si heres fiat, restituatur; quod prima facie affirmandum esse videtur heres mi- & omnes ferē affirment per l. 95. §. 3. de solut. Brunnem. ad d. l. noris.

n. 5. Sfort. Odd p. 1. q. 48. art. 3. Struv. d. l. in fine. Verior tamen
videtur sententia Bartoli ad d. §. 3. & Ant. Fabr l. 8. conject c. 4 seq.
& in suo Cod adt. de fidej. min. negativa. partim ob rationes jam
dictas, partim quod ita injuria fieret creditor & factum alterius
ipso noceret; dein quia nec competit heredibus minorum hoc be-
neficium qui ratum haberunt quod minor fecit l. 28. de re b.
auct. jud. poss. & ad h. l. Gl. habemus etiam textum & ibi has
rationes l. 3. de separat. nec obst. quod per successionem hanc &
confusionem obligationis extincta sit obligatio fidejussoria, cum
unusidemque non possit esse debitor & fidejussor, Resp. enim
hanc jurisrationem non possit damno afficere creditorem qui sibi
diligenter perspexit d.l. 3. Sed tantum tollere respectum qui est
inter defunctum & heredem. Creditori vero non prajudicat ut
ipse Brunnen. add. l. 3. agnoscit, oportet ergo ut accusemus ini-
quitatem d. l. 93. §. 3. d. solut. velillam divinatorie intelligamus de
casu quando restitutio fidejussoris creditori non nocet, vel textum
cum Cajac. Obs. 34. corrigamus.

§. 20.

Hæc de priori casu succedit nunc secundus sc. si personæ
conditio inspicitur etiam ad beneficium quæsumum exercendum &
tunc beneficium nec cessibile nec transmissibile nec fidejussori com-
municabile propriè est & regulariter; exemplum est in tacita hy-
potheca quam pupillus & minor habent in bonis tutorum & cura-
torum, quod ita personale est ut nec procuratori in rem suam
detur l. 42. de adm. & peric. tut. & in privilegio prælationis l. 19.
§. 1. de reb. auct. jud. poss. personis enim datum cum iis amittitur.
l. 1 §. 43. de ag. quor. & astiv l. 3. §. 1. l. 4. §. 3. de censib. Simile est be-
neficium competentia quod maritus & jus prælationis quod uxor
habet ratione dotis repetenda. §. 29. l. de auct. l. 12 seq. solut. mater.
l. un. C de priv. dor. l. 24 seq. l. 41. dere judic. Privilgium decu-
rionum. l. 8. de decurion. veteranorum. l. 8. §. 2. de vacat. & excus.
muner. legatorum. l. 26. de judic. quamvis quædam horum in li-
beros sint transitoria hoc tamen fit non ex sua natura sed propter
specialem concessionem, præter text. cit. l. 1. C de priv. eor. quin
sacr palat. milit. l. 6. & f. C de Profess. & Med. in rationem inqui-
tere superfluum est cum constet quod qualitas, ad exercitium
juris

quando
nec huic
nec illi.

juris requisita deficiens faciat jus cessare vid. §. 17. beneficium tamen competentiae ut & propter rationis identitatem reliqua omnino defensori prosunt l. 14. pr. Sol. matr. rationem diversitatis inter hunc & fidejussorem tradit Zof. ad. de re judic. n. 162. ex his satis constat, quod nullum ex hisce privilegiis personalibus fidejussori profit, l. 24. de rejud. sed queritur autem annon id fiat in nonnullis per indirectum puta in beneficio competentiae &c. & si fingas hoc etiam minori competere in causis ex quibus validè & civiliter obligatur: quod affirmandum puto inde quod alias in effectu nequidem debitoribus principalibus prodeffet cum id quod fidejussor solvere cogitur, possit actione mandati, utpote quæ nullib[us] hoc in casu denegatur, repeteret, nec etiam ipsi opponi potest beneficium competentiae utpote quod tantum per sonis quibus reverentia debetur, objicitur; hoc tamen intellectum esse volamus in eo casu ubi fidejussori nillimpatur potest quod se conecerit in hanc conditionem, puta quo beneficium competentiae competere nequit, vel si pro marito antequam uxorem duxerit, vel pro eo intercesserit cui minor postea successerit, vel si satis fuerint solvendo; alias enim est quod sibi impuret & creditori injurya fieret: consequenter fidejussor non repeter ultra id quod facere potest debitor principalis & ita extruimus regulā. quod beneficia personalia ob certam personæ conditionem concessa sint incommunicabilia fidejussoribus, in casu quo alias in effectu ipsi personæ cui concessa non prodeffent.

CAPUT SECUNDUM

Tractans jus singulare circa personas: quod vel ipse pupillus & minor habet, vel alii quidem ita tamen ut ad eos redundet & eorum causam & favorem respiciat.

§. I.

Absoluto jure singulari in genere; nunc illud in specie consi- *versatur
jus singula-
re vel*
*circa per-
sonas pupil-
lorum & minorum accommodentur; & quidem de personis lorū & mi-
prius norum ipsas*

Prius agemus, arg. §. 12. 7. de. 7. N. G. &c. Versatur autem hoc jus singulare vel circa personam ipsius pupilli & minoris vel aliarum. ita tamen ut utilitas ad eos redundet. Illam considerabimus vel in se vel ratione actuum quos gerit.

§. 2.

*& quidem
1. in se & co-
fideratas
ratione de-
fensionis.*

Personæ in se consideratae competit 1. defensio: non modo communis sed & specialis & propria ita ut hæc uni vel alteri in specie deferatur tutori puta & curatori arg. 1. i. de adm. & per tut. ut & certis magistratibus in nonnullis locis , ad hoc specialiter creatis; inde & defensio de substantialibus tutelæ & curæ esse dicuntur §. 1. 7. de tut. l.f. C. de curat. fur. imo tutor & curator hanc solenniter promittere & pro ea cavere debent antequam ad tutelam & curam admittantur. l.f. §. 4. C. de admin. tut. pr. 7. de fatisd. & sc. æquè judicialem quam extra judicialem & live agat, live conveniatur etiam criminaliter ratio in l. 4. C. de aut. p. pref. ne ex juvenili calore vel imperitia aliquid dicant velt accant quod ipsi non cere posse, vide de his tale DD. ad tit. n. & C. de admin. tut. & aut. pref. stand.

§. 3.

educationis

2. Educatio, circa quam tam solliciti fuerunt veteres legislatores ut rem hanc eertis legibus includere ausi non fuerint, sed statutis regulis generalibus reliquum arbitrio prudentis magistratus & quidem non cujuscunque eius qui imperium & auctoritatem habet. Praetoris puta & similis commiserint, l. i. pr. ub. pup. educ. l.f. C. ed. unde fit quod Praetor cognita causa alieni educationem deferat, & quamvis regulariter patris voluntatem sequatur, propter confidentiam quam lex habet de hujus judicio erga negotia liberorum. l.f. C. de curat. fur. Mont. de jnr. tut. & curat. 32 r. 9. n. 234. seqq. quandoque tamen ab hoc recedit, si illam erroneam vel nocivam apprehendat, & educationem alii committit. l. i. 1. ab. pup. educ. & quidem plurimum matri nisi vitrum introduxit. l. i. C. ed. N. 22. c. 38. lex enim tum presumit illam se feliciter secundo marito dedidisse, & insidias structuram vita liberorum; ut & hoc experientia comprobavit quod tamen non semper observari testatur Carpz. p. 2. c. 11. def. 43. habita enim ratione personarum conditionis, temporis, commodi & incommodi

modi à pupillo vel minore sperati & aliarum circumstantiarum,
sæpe committitur matri licet vitricum superinduxerit; sæpe etiam
non committitur sed aliis cognatis vel etiam extraneis concedi-
tur etiamsi mater vitricum non superinduxerit; de modo alimen-
tandi vid. d. sit. quem magistratus causa cognita statuit l.3. ff. eod.

§. 4.

3. Immunitas à personalibus muneribus l.2. d. vacat. mun. l.8. immuni-
de munier. in tantum ut nequidem volentes hæc subire possint. l.f. tati.
C. de leg. ent. §. 13. q. de excus. tut. propterea tamen nomen benefi-
cii non amittit cum nihilominus ratio privilegii militet sc. favor &
indemnitas; præterea sunt quædam in jure beneficia quibus re-
nunciari nequit, exinde involuntaria DD. vocata Barbo. int. 4.
sol. matr. non obstat quod beneficium invito non detur l.69. de
R. I. & quilibet jure pro se introducendo possit renunciare. l. pen. C.
de pass. Resp. enim hoc unicè procedere in eo qui dissentire, sibi
in effectu nocere & conditionem suam deteriorem reddere potest,
hoc autem pupillus & minor non potest pr. q. de aut. tut. præte-
rea & dicta regula fallit si toti ordinis beneficium datum: Sunt tra-
men nonnulla quæ minor modo sit 17. annor. suscipere potest, ut
est 1. Procuratura arg. l.1. §. 3. de postul. §. 5. q. qui ex quib. caus.
manum. sive judicialis sive extrajudicialis per generalitatem d. §. 5.
& l.2.3. de min. facit quod ex neutra procuratura damnum sentiat;
Franz k. ex. 2 q. 1. Ekolt. ad t. de proc. n. 8. quamvis jure can. aliud ob-
tineat c. 5. v. fin. de procur. in 6. Vngp. ad t. X. de proc. n. 22. 2. officiis
judicis per l.57. de re judic. hoc enim major 18. annis invitatis etiam
litigatibus minor verò 18. annis nonnisi voluntibus suscipere po-
test: habent enim litigantes quod sibi imputent, cur in talem con-
senserint. Hænon. ad l.2. de R. I. cum ibi cit. non obstat quod arbit-
rium suscipere nequeat, l.41. de rec. qui arbitr. licet enim arbit-
ria ad similitudinem judiciorum recepta sint l.1. eod. in tantum ut
etiam arbitrii judices appellentur N. 22. c. 11. in fin. magna tamen
adhuc inter hæc est differentia, illa enim appellabilia sunt hæc con-
tra non, illa ex publica hæc privata, auctoritate dependentia qui-
dem ut arbiter ad compromissum judex verò ad formulam præscri-
ptam sit adstrictus. l. 1. & pass. C. d. t. Ekolt. ad d. t. n.
6. Just tamen canonicum hic itidem aliqualiter divertit dum mi-
norem

§ (20)

norem 20. annis ad munus judicandi invitatis litigatoribus non admittat iis verò consentientibus nonnisi maiorem, 18. annis per c. 4. X. de potest. & off. Jud. deleg. Ungep. ad d. t. n. 13. Subdiacatum tamen anno 18. accipere potest elem. f. de etat. & qual. ord. prefic. imò infans si se religioni devoteat ad infimum ordinem admittitur c. f. de temp. ord. & qual. ord. in 6. Ungep. ad d. t. X. de et. & qual. n. 2. non tamen obligatur voto minor 14. annorum ad religionem intraridam & sumendum habitu monachi, c. 11. seq. X. de regular. ad beneficia verò pueri inidonei sunt c. 35. de prebend. & dign. i indecorum enim est ut hi ecclesiastis regant qui non sciunt gubernare seipso.

§. 5.

Consideratis personis in sece sequitur earum consideratio actuum quos gerunt & i. ratione aetuum quos gerunt qui sunt vel judiciales vel extrajudiciales arg. l. 33. §. 1. de procur. illi vel proprio vel alieno nomine geruntur l. 1. §. 1. seq. de postul. à judicio autem secerimus arbitrium quos nomine proprio expeditis.

§. 5.

Consideratis personis in sece sequitur earum consideratio actuum quos gerunt qui sunt vel judiciales vel extrajudiciales arg. l. 33. §. 1. de procur. illi vel proprio vel alieno nomine geruntur l. 1. §. 1. seq. de postul. à judicio autem secerimus arbitrium quos nomine proprio expeditis.

§. 6.

vel in genere.

De judiciis in genere notandum quod eorum pupilli & minores non sint capaces & quidem infantes nequidem auctore tutori arg. l. 5. de R. I. l. 2. de adm. ut reliqui possunt, quidē stare in judicio sed nonnisi interveniente tutori & curatore l. 1. seq. C. qui leg. pers. standi in jud. atque ita minor licet non cogatur habere curatorem, l. 2. §. 2. de cur. non tamen in judicio solus stare potest. tt. C. si adversarem judic. d. l. 1. 2. C. qui legit. pers. sed sibi curatorem à judice petere debet l. 3. de tut. Ummius ad proc. judic. d. i. m. 21. & d. 13. n. 41. quod si verò hoc omittat refert an minor agat an verò conveniatur pr. casu sufficit si adversarius opponat exceptionem mino-



minorenitatis qua opposita repellitur ab agendo usque dum curatorem sibi petierit. l.11 f. C. qui dare tut. imò putamus judicem posse & debere si sc. ipsi sit notoria minorenitas, (ne minor in iusta causa ex levitate in jure suo pericliteretur) curatorem ex officio dare, quod si verò adversarius nil opponat, judici verò constet de minorenitate ex officio eum repellere vel ipsi curatore dare potest ne forte judicium propter sententiam contra ipsū latam reddatur clusoriū arg. l.4. C. si adversarij jud. Gail. 2. obs. 108. ab initio. si vero minor convenit aut ipse comparet sibi petens curatorem quod facere debet d. l.3. detut. aut non comparet nec sibi petit, tunc actor petit ipsi curatorem dari Mev. p.4 dec. 95. Vult. de jnd. l.1. c. 6 n. 23. vel hoc non potente judex ex officio constituit. d. l.3. l.1. C. qui pet. tut. l.5. § 1. ex quib. caus. in poss. eatur. l.1. §. f. de min. uti hoc in Camera servari tradit simulque modum constituendi addit Gail. 2. Obs. 108. n. 3. Vmm. d. l. d. 5n. 40. Sunt tamen casus excepti, ubi pubertati proximus & minor sine curatore agere possunt nimis 1. cum mortem patris vindicant & suam suorumque injuriam prosequuntur. l.8. l.11. de accusat. 2. de thoro violato agunt l.15. §. 6. ad l.7. de adult. 3. de libero homine exhibendo. l.3. §. 11. de lib. hom. exhib. 4. de recuperanda possessione. l.f. C. qui leg. perf. stand. 5. in causa matrimoniali c. 14. X. de rest. spoliat. & in generine in causis spiritualibus & ab iis dependentibus c.f. de jnd. in 6. c. 10. X. de procur. beneficialibus sc. d.c.f. & in voto c. 1. 2. c. 20 q. 2. 5. 6. in actione populari quoties res ad ipsum pupillum spectat l.6. de pop. act. 7. in bonorum possessione petenda. l.7. C. qui admitt. ad B.P. 8. in alimentorum petitione si de facili curator haberi nequit l.1. C. de alim. pup. præf. 9. si minor veniam aetatis impetravit l.2. C. de his qui ven. at. impeir. & ult. pro conjunctis personis. l.12. C. de procur. Brunnem ad d.l.1. 2. & 3. C. qui legit. pers. & quod idem notat in processu suo c. 1. n. 56. Vmm. ad proc. jnd. d. l. n. 21. quod si causa sit privilegiata minor & pupillus pubertati, proximus possunt officium judicis nobile implorare; quo & refert Vultej. de jnd. l.1. c. 5. n. 16. seqq. possessorum summatisimum de moribus.

*vel in spe-
cie.*

*consideran-
tur i. prace-
denti a ut
supplica.*

citatio.

*advocati
constitutio.*

In specie vero de judiciis multa possint singularia tradi nem nimis simus prolixii principaliora addemus circa illa quæ vel precedunt judicium vel in judicio sunt vel illud sequuntur: quod antecedentia atque constat quod i. supplicam pro processu impenetrando judex æque ab adverario quam à nostris personis privilegiatis recipere debeat, modo recte sit concepta. *Vmm. in t. prec. iud. d. s. n. 8. seqq.* alias Judex eam rejicit, *Vult. d. iud. l. 2. c. i. n. 48. & pass.* quamvis defectus circa substantialia non deprehendatur, judicem tamen eum in supplicia pupilli vel minoris supplerem posse existimamus; & quæ de supplicia diximus de libello exaudienda etiam esse volumus; hoc addimus quod minor in expensas non condemnetur licet mutavetit libellum *arg. l. 1. §. f. deed. Umm. d. l. d. 22. n. 24.*

Sequitur 2. citatio &c. ad impetratam à minore citationem citatus comparere debet *i. s. de iudic.* potest tamen ut §. 6. diximus objicere exceptionem & eo ipso repellere pupillum & minorem ab agendo, ita etiam contra ab alio contra minorem impetrari potest citatio *l. 22. d. in jus voc.* quamvis si non compareat citatus non incidat in penam contumaciae & deserti vadimonii *arg. l. 54. de re iud.* unde qui metuit ne minor compareat statim ab initio ipsi petit curatorem quem omnino hoc casu accipere debet *l. 3. §. 2. d. tut.* & minores vocari possunt ad hoc ut curatores sibi petant *arg. l. 1. C. qui pet. tut.* *Umm. proc. Iud. d. s. n. 40.* in nonnullis vero casibus ubi comparare tenentur, si vadimonium deferant in integrū restituunt *l. 7. §. f. de min.* etiamsi quasi contumaces condemnati sint *l. 8. de min.* nisi sint in vero & expresso dolo *l. 9. §. pen. cod. Berlich. p. 1. concl. 17. n. 100 Bach. ad rag. t. de min. c. 6. n. 2.* hoc enim beneficium restitutionis etiam ad actus judiciales extenditur licet curatorem habeant. *l. 2. C. si tut. vel cur. interv. l. 1. 4. & f. C. si advers. rem iud. Bach. ad rag. c. 6. n. 2. Mev. p. 7 dec. 206.*

3. Advocati & procuratoris constitutio; Judex enim potest imo debet hisce personis etiam non potentibus & invitatis advocatum & procuratorem dare. *l. 9. §. 5. de off. Procons. l. 1. §. 4. de post. add.*

ad. Gail. 1. obs. 43. n. 10. Carpz. p. 1. c. 1. d. 30. Vult. de jud. l. 1. c. 7.
n. 68. & si ipsi sibi aliquem elegerint, quem iudex non deprehendit satis idoneum illum rejicere potest & debet, cum etiam jam tum judicis sit providere ut partes peritis advocatis causas suas tractandas committant. Mev. p. 6. dec. 381. multo magis hisce personis miserabilibus cum eo versetur ejus maximè tutelaris magistratus officium ut oppressi in Republ. defendantur : & quum procurator a domino constituantur qui & administrationem habet bonorum l. 43. §. 1. de procur. l. 8. l. 23. C. eod. hanc autem pupilli & minores non habent, necesse est ut prius tutor constituantur quo interveniente procuratorem constituant. l. 11. C. de procur. l. decreto.
de admin. tut. licet minor curatorem non habeat, absurdum enim esset, si ipsi sibi praesesse non possit. possit tamen ipsi procuratorem praeficere. Vmm. proc. jud. d. 3. n. 12. quod si tamen negotium celeriter desiderat expeditionem iudex pupillo & minori tutores & curatores non habentibus procuratorem dare potest. Gail.
2. obs. 107. per rot. imo sine constitutione procuratoris magistratum ipsum & tutoris & procuratoris defectum suppleret & dicere posse se bene scire quod non habeat tutorem vel curatorem, ideo hunc defectum velle supplere. Sichard. ad l. 18. §. f. C. de jur. del. n. 6.

§. 10.

4. Ut consuevit & jure etiam maximè conveniens est ut iudex ante quam partes ad processum admittat prius tentet amicabilem compositionem c. 1. X de mut. pet. ita quam maximè in causis amicabilis harum personarum tentanda, ad sumptus parcendos & propter dubium litis exitum;

5. Cum exceptiones dilatoriæ sepiissime opponantur & quod exceptionum quidem fieri debetante L. C. l. 13. C. de procur. l. pen. & f. de except. dilatoriariū queritur an minori succurratur si talem emiserit, Resp. dist. an oppositio. enī est magni præjudicij & facinus cum Berlich. p. 1. concil. 18. n. 18. anno & sequitur. Sfor. Odd. q. 64. art. 5. negantem succurri;
arg. l. 4. de ref. in integr.

§. 11.

Succedit ipsum iudicium & quidem de competentia fori hic non multum disputabimus cum privilegium pupillorum & minorum ex t. t. C. qn. Imp. inter pup. vel vid. & traditis D.D. ad d. t. 1. competencia fori.

2. *Judicium**ipsius consti-**tuentiae us.**compe-**Brun- tentia fori.*

Brunnem. Perez. &c. satis notum sit: licet ratione feudorum ipsis non detur cum jura feudalia in personis vasallorum litigantium & judicum non distinguant, nec clericus qui alias habet privilegium foric. i. & 12. X. de foro comp. judicium feudale declinare possit per trad. Schrad. scđt. 1. n. 28. *Vult. de feud. l. 2. c. 2. n. 23,* hodie hoc privilegium planè non esse in usu testis est. *Mev. p. 2. dec. 110. & ab ipso aleg. Paurmeister de Jurisd. l. 2. l. 4. n. 97.* cui ratione judicii cameralis consentit *Gail. 1. obs. 1. n. 46. Obrecht. de Jct. lib. 3. c. 18. n. 22.* in principum verò judiciis adhuc attendi tradit. *Carpz. l. 2. p. 19. n. 15.* non etiam quæreremus qui processus? summarius ne an ordinarius sit servandus, cum confest harum personarum causas summarie esse agitandas *Vultej. l. 2. Iurispr. c. f. Gail. 1. obs. 78. n. 3.* quid si summarius processus docet *Carpz. p. 1. const. 2. d. 18. Rosbach. proces. civ. t. 21.* quod tamen perpetuum non esse experientia testatur, illud autem facilius est quod ex consensu partis adversa omnis pupillorum & minorum causa etiam hodie summarie tractare possit *Brunnem. process. Ind. c. 1. n. 18. seqq.* imo putamus judicem, ex justa causa pupillaria negotia summarie decidere posse etiam si alias causam ordinariam summarie tractari non possit *Mev. p. 1. dec. 188. Carpz. d. l. def. 18.* cùm enim causa peregrinorum summarie tractetur, cur non multo magis miserabilium personarum; è contra vero iudex summarium in ordinarium processum mutare nequit *Mev. p. 3. dec. 16.* cum valde actori interficit summarie procedi *Carpz. d. l. def. 17.*

§. 12.

2. *reconventione speciale* est quodd quamvis quilibet conventus reconvenire possit c. 1. X. de mut. petit. clem. sepe de V.S. id tamen in pupillis & minoribus fallit; partim quod *causa* pupillorum & minorum prorogationem non admittant, prorogatio si quidem est renunciatio aliqua ordinarii fori; cui pupilli & minores renunciare non posse constant, adeoque etiam respuant reconventionem *Brunnem. de processu c. 10. n. 7.* partim quod siant summarie & celerem expeditionem desiderent quætidem reconventionem non admittant, *Brunnem. d. l. n. 6. Rosbach. proces. civ. t. 46. n. 5. seqq.* *Vult. de jud. l. 3. c. 5. n. 26.* & hoc adhuc dura procedere existimamus licet pupillus vel minor contra reconventionem

tionem non excipiat quamvis regulariter judex exceptiones non
supplet arg. l.un. Cui que defun*t* adv*o*c. part. id tamen in hisce
personis fallit Brunnem. ad d.l.n.6. ratio est in ipsa lege publice
enim interest defendere hasce personas, quod vero iuri publico
convenit judex supplet; De juramento calumniæ notandum quod 3. Iuramē-
tum calu-
pupilli dol capaces & minores illud præstare debeant l.26. de ju-
rei. modo pro natura cause personam standi in judicio habeant minie.
alias potius tutores & curatores id præstare compelluntur per l.2.
§.6. C.d jure*j* prop*t*. calumn. Brunnem. de process. c.15. n.11 de ju-
ramento dandorum & respondendorum ratione minoris idem
tradit c.17. n. 18. Sed ratione pupilli addit quod tutor pro eo
præstet; quod & forsitan in iuramento calumniæ verius erit. Vult.
dejud. l.3. C.2. n.57.

§.13.

Probatio expeditur primo per delationem *juramenti*, circa 4. probatio
quam queritur an minor vel pupillus sine tute*r* vel curatore *jura-* qua *absol-*
*m*entum deferre possit & negamus per l.4. C.de R. C. & per ra- *vitur vel*
tiones 1. quod ipsi solvi non possit §.f.7. quib*al*. lic. vel non quod per *jura-*
alias contradicentes negant. Umm. proc. Ind. d. 14. n.9. ergo nec *mentum*.
juramentum deferre arg. l.21. de ju*rei*. 2. quia juramentum hoc in
judicio desertur ubi stare minores sine curatore non possunt §. 2.
I. de curac. Berlich. p.1. cl.29. n.17. ubi & contraria diluntur, si
vero pupillus juramento delato juraverit, tenet juramentum con-
tra deferentem. l.26. pr. de juram. Umm. proc. jud. d. 14. n.15. pu-
pillus tamen nondum dol*i* capax nec volens admittitur ad jusju-
randum quia omne juramentum debet habere tres comites.
veritatem, sc. judicium & iustitiam c.26. X. de jure*j*. aub.
que ius C. de nupt. Chaff. tit. des feds. §.1. 2. in text. sansêtre velperte-
ten faire hommagen. 3. 2. per testes & quamvis regulariter ad stes.
testimonium dicendum omnes admittantur l.1. §.1. de test*is* id ta-
men in nostris personis fallit; pupillus enim infans & infantæ
proximus a testimonio dicendo acentur l.3. §.5 de test*is*. quicquid
enim vident & audiunt; ignorant. l.f. rem pup*s*alv. fore & Bald.
in l. testimoni C. de test*is*. dicit horum testimoniorum esse in effectu sicut
si cœcus de coloribus testificaretur; pubertati tamen proximus cum
intelligat quid agat recte testatur. l.19. §.1. de test*is*, modo tamē de-
ponat

D

ponat deis quæ in ejus sensum cadunt. *Ekol. ad t.d. test. n.3.* *Go-*
zho fr. in l.3. § pen. eod. minor est tamē in causa civili possunt esse testes
indistinctē l.1. §. 2. de test. in criminalibus verò non nisi 20. annum
execuerint l.20. eod. Vmm. proc. jud. d. 16. n.31. *Ekol. d.l. Carp.*
tr. crim. p.3. q. 114. n. 42. non aliter tamen nisi veritas aliter haberi
nequeat & pro rei innocentia deponere velint. *Mysf. s. O. c. 3.*
ante annum enim 20. solūmodo facit præsumptionem. *Mont. d.*
tr. o. 30. n. 150. *Vmm. proc. jud. d. 16. n. 5.* nostra autem personæ
etiam post publicatas attestations novos producere possunt testes
Vmmius. d. proc. d. 16. n. 49. & *Berlich. per anct. cit. p.1. concl. 40.*
2. 23. quod regulariter fallit per l.2. de test. N. 90. c. 4. 3. per in-
strumenta quæ quidem regulariter actori non edenda l.1. c. 4. &
C. de Ed. quod tamen fallit in pupillo & minori quibus actor in-
strumenta edere tenetur. *arg. l.2. §. 1. de jur. fisc. licet enim durum*
sit se proprio jugulare gladio, favor tamen harum personarum hanc
duritię mitigat. *Vmm. d. proc. d. 17. n. 34.* *Berlich. p.1. concl. 45. n. 42.*

§. 14.

4. *Per confessionem:* hæc siquidem omnium probationum
excellentissima est l.13. *C. de non numer. pec. c. 15. §. nos prior. X. de*
rest. spoliar. non attentis quorundam subtilitatibus qui de ver-
bis potius solliciti confessionem relevare potius è probando quam
esse probationē volunt inter quos Weisenb. t. de prob. n. 4. & *pluri-*
mi alleg. ap. Vmm. d. prot. d. 13. n. 35. ita ut nequidem post confessio-
nem opus sit sententia cum confessus pro judicato & condemnato
habeatur. *l. un. C. de confess. l.1. l.6. pr. eod.* bene tamen hoc singu-
larē in iure nostro statutum quod pupilli & minores sine tute &
curatore confiteri nequeant. *l.6. §. 5. de confess.* cum in judicio standi-
personam non habeant sine curatore §. 2. 7. de onrat. nec judi-
*cari soli possint ergo nec confiteri; *Vmm. proc. Iud. d. 13. n. 41.* &*
licet sit in tormentis facta confessio ut tradit Marth. de Afflit. dec.
208. n. 4. *ditens se s̄e impregnasse confessionem minorum etiam in*
tormentis factam & obtinuisse per l.4. C. de anct. pref. vid. Mont.
d. tr. o. 32. r. 9. n. 67. & *licet confessio sit facta cum curatore nihil-*
minus Iesus restituitur l.6. §. 5. de confess. illud adhuc notandum
quod judex confessionem factam ab adversario absente pupillo &
minore acceptare debeat etiā non rogatus arg. l.1. §. 15. de magistr.
conven.

conven. licet Hahn. id generale esse dicat et d. confess. n. s. speciale autem esse in pupillo exinde satis patet quodlibi plura singularia ad- dantur, quae alias pupillo facere non licet; sc. contrahere &c. in genere autem circa probations notandum venit, quod minor re- stituatur contra omislas probations l. 18. 36. de min. c. 3. X. de in- int. rest. Bach ad np. c. 6. n. 2. quae restitutio etiam prodest majoribus si unam eandemque causam & cum minoribus communem simulque institutam habent. Berlich p. 1. cl. 38. n. 57. segg. & in hoc casu lesionem non probare tenetur cum per lapsum probatorii termini latis se laesum esse ostendat. Carpz l. 3. p. 74 n. 10 & quum multa solemnia circa punctum probationis adhibenda sint multa quoque occurrant quae vel facta vel omissa insigne afferant praedu- dicium, ne ergo nostra persona damnum sensiant judex hic de- fectum supplet; v.g. si minor nulla interrogatoria vel imperfecta exhibuerit; testi juramentum remiserit, se adonus probandi ad- strinxerit, contra attestations nihil dixerit, dilationem ad offe- rendum articulos & examinandum testes pratermisserit, & alia nonnulla, tunc judex supplere potest & restituendo ipsi succurri in quo tamen nota tam facilis esse debet. Berlich. p. 1. cl. 38. n. 61. 66. & pass.

§. 15.

Succedit tandem ultimum judicii sententia quamquidem pu- 4 sententia
llus & minor audire potest arg. l. 12. & 14. C de procur. si tamen contra ipsos sit lata ipso jure nulla est, cum totum judicium cum illis agitatum nullum sit l. 4. C si adv. rem jud. quod adhuc verum est licet non ipsi sed per procuratorem litigaverint d. l. 12. & 14. C de procur. modo tutor nec judicio nec procuratoris constitutione in- tervenerit, alias valet sententia licet restitutio obnoxia sit tr. C si adversum rem jud. est contrario pro ipsius lata valet, arg. add. text. aequo si ipsi sine tutori vel curatore litigaverint quam si hie vel etiam pro- curator intervenerit: Gl. in l. 1. C qui legit. pers. Panormit. in c. 9. X. de jud. Vnum d. l. d. 1. n. 21. & d. 19. n. 27. Brähnem. add. l. 14. Carpz. p. 1. c. 26. d. 13. An vero contra sententiam in possessorio latam restituantur, quari solet, quod aff. licet enim primo intuitu damnum possessionis videatur momentaneum & modicum arg. rubri & nigri C de moment. poss. tamen cum enormiter in lēdan-

D 2

tur

tur 1. propter fructos quos tunc adversarius percipit , 2. propter commodum quod ipsi auferunt , & incommodum quod ipsi imponitur , dum dominium in petitorio probare debeat arg. §. 4. I. de interd. merito ergo iis succurritur l.44. demin. c.1. X de rest. in int. l.13. §. f. C de jud. Sfort. Odd. q. 68. n. 43. id adhuc singularē est quod quamvis sententia lata ob noviter reperta instrumenta non rescindatur l.35 de re jud. hoc tamen fallit in causa pupilli & minoris; exceptionem enim in d. l. omnes DD. explicitant de fisco, civitate & Ecclesia, nostræ autem persone Ecclesie comparantur l.4. §. quib. ex caus. major. Vm. d. l. d. 19. n. 58. & non contra magistratus solum sententiam sed & Principis restitutuntur. l.18 §. 1. demin. quamvis hæc sententia per appellationem retractari nequeat c.1. de constit. in 6. diversa enim est ratio. Appellatio enim petitur propter injustitiam quæ in Principe non praesumitur, restitutio vero ex errore & juvenili imprudentia; cura ratione timoris & reverentiae in probandis juribus suis coram Principe facilius labi potuerint.

§. 16.

3. *Iudicium consequentia ut executio.*

Judicium quæ sequuntur respiciunt vel executionem vel suspensionem, illa ut alias sit in bonis condemnati l.1. C. quand. ex fact. tnt. & quidem regulariter & frequentius per capionem pignorum l.2. & f. C de execut. rei jud. t. t. C. si in caus. judic. pign. cap. cuius forma & ordo describitur in l.15. §. 2. seqq. de re jud. ita & potest fieri in bonis pupillorum & minorum arg. l.9. pr. demin. l.1. C. si adversi vend. pign. ubi & Brunn. Berlich. p. 1. cl. 80. n. 31. ut tamen laesi restituuntur d. l. 9. imo & interdum vitor in bona eorū mittitur, l.2. 3. C. qui pot. in pign. Brunn. de proc. c. 29 n. 4. exinde tamen laesi succurrunt art. l.4. 4. de min. Si vero condemnati vel nulla sint bona vel non sufficiente judicato, ex L. XII. Tabl. dispositione detrahitur in carcерem, l.1. f. C. de his qui bon. ced. minor tamen ob tale debitum non incarceratedatur, carcere enim illi decernitur qui contumax & solvere cessat, contumacia vero in pupillo & minore non deprehenditur. l.5. 4. de re jud. Chaff. t. des rents vendu §. 2. text. son principal obligé n. 15. Berlich. p. 2. cl. 28. n. 37. plures aut. vide ap. Car. de Graffis tr. de except. pralnd. n. 98. Hec autem sit plerumque appellatione (licet & alia remedia sint suspensionis

4. *Appella-*
tio.

fionis, ut nullitas, restitutio, supplicatio, revisio, sententia retrahens
 statio, syndicatus & Jure Sax. leuteratio. de quib. vid. Eckolt. ad.
 de appell. n. 14. Vult. de jnd. l. 4.c. 3. seqq.) quam interponere, in-
 troducere & prosequi pupilli & minores omnino debent: aliter
 enim modo sententia ipso jure valeat, non sunt tuti; si vero fatalia
 labi passi fuerint, in integrum restituuntur l. 7. §. 11. de min. l. 8. C.
 cod. Bach. ad ap. d.c. 6.n. 2. non obstat, quod habeant actionem
 contra tutorem, melius enim & tuus est servare sua iura intacta.
 l. f. C. in quib. cauf. ref. non est nec. l. 3. C. statut. l. cur.
 interven. & Brunnem. ad d. l. 3. & licet appellatio debeat fieri gra-
 datim, l. 21. pr. & §. 1. de appell. c. 66. X. de appell. ratio in l. 4. C. de
 jurisd. hoc tamen non adstringit nostras personas sed omisso in-
 termedio judicere recte appellant ad Imperatorem arg. l. un. C. qn.
 Imp. inter pup. vel vid. Berlich. p. 1. cl. 50. n 84. quod exaudien-
 dum tam de divitibus quam pauperibus, cum hoc privilegium ra-
 tione miseria personarum sit concessum; non autem soli pauperes
 sed & divites expositi sunt in iuria hominum imo majori periculo
 propter divitias: licet alia sit ratio si haec personae in ementiori statu
 sint constituta ut praedictiis confirmat, Carpz. l. 2. R. 19. n. 26. am-
 pliations habet Menoch. de arb. jnd. l. 2.c. 1.c. 66. n. 28. seqq. an
 vero huic privilegio renunciare possint inter DD. quæxatur & nos
 affirmamus ex generalitate l. pen. C. de pat. quod & praedictio
 Camerali firmat, Vmm. proc. jnd. d. 4.n. 62. & hoc in appellatione
 speciale est, quod tutores teneantur appellationem persequi donec
 rationes reddita. l. 27. de appell. & licet in fatum concesserint here-
 des eorum causas appellationis nihilominus persequi debent l. un.
 §. 1. si pend. appell. mori interv. l. 2. statut. l. cur. etiam si rationes
 reddiderint. Eckolt. adt. si pend. app. §. 1. Quandoque autem
 minor et si jure condemnetur, ejus fidejussor tamen, cui alias com-
 petit privilegium exceptionis N. 4.c. 1. eo uti non debet nec potest;
 is enim non iuvatur ordinis beneficio, qui pro naturaliter obligato
 intervenit l. 25. de fidej. & quidem eo, qui propter privilegia ipsi
 concessa difficulter convenire potest. Carpz. p. 2.c. 18. d. 8. Berlich.
 p. 2. cl. 24. n. 31.

Expetitis judiciis tam petitorii quam possessoriis; de crimina-
libus quoque quædam addenda; vicem enim accusatoris sustinere
minor nequit l.2. §.1. de accuse 2.q 1.1.4.C. de aut. pref. nisi in
criminibus enormissimis puta hæresi &c. vel si suam suorumque
iuriam prosequatur: cum tutor tamen & curatore bene accusat
*DD ad d.1.4. Cod. Carpz. pr. crim. p.3. q.10 4.n.25 seq Umm. proc.
jud d 1 n.21.* hodie tamen in judicio criminali legitimam standi
personam habere docet *Perez ad Cod. r. de aut. pref. n.4.* imo ne-
quidem accusare valent, si delictum incidat in contractum, pupilli
enim indistinctè non possunt tutores suspectos acculcare, minores
vero nonnisi cum consilio necessariorum. §. 4.7 de susp. tut necel-
larii enim hic curatorum sunt loco; cum agant contra curatores
injuriamque suam vindicent, quod etiam in talibus terminis ac-
cusare judicio publico minores possunt arg. d.1.4. C. de prest. aut.
ubi DD. comm. Bach ad d. §. 5 de susp. tut Menoch. conf. 100. n. 150.
Et quæ diximus de judiciis in genere illa etiam applicanda sunt ju-
dicis feudalibus; commune enim jus sequitur ubi nil speciale in
jure feudali constitutum reperitur c. *Obertus 2. F. 1. Rosenthal c. 12.
d. 10. n. 10.*

*succedunt actus extrajudiciales qui sunt vel liciti vel illiciti.
actus ex- arg. §. 2.7. de oblig. illi vel inter vivos, vel mortis causa & sunt vel
trajudicia- nudi vel obligatorii l.15 de prescr. verb. l. 10. C. de pacl. Nudos
les & qui- quod attiner constant vel tantum uniusfactio & promissione, ut vo-
dem. abso- luti & pollicitatio, utriusque puberes quidem sunt capaces, & ex-
luti ut inde se se possunt adstringere. l.2. §.1. de pollic. licet habeant cu-
votum & ratores, modo tamen votum sit personale, puta si se ad sacram
pollicitatio. orditum, ad perpetuam castitatem, ad jejunia, & similia obligent
arg. l.20. derit. nupt. minor enim 14. annor. profitendo non obli-
gatur religioni nisi factus pubes approbaverit c.11. X. de regul. &
transiunt. ad relig. realia vero demum cum curatoris consentiu effec-
tum habent arg. l.3. C. de in int. resf. l.3. de aut. tut. impuber-
es vero indistincte obligare se voto nequeunt arg. d.l.2. §.1. pro-
pter judicium adhuc suspensum: vel duorum factio & conventione,
de qua constat quod impuberis pacisci nequeant nisi de se liber-
ando*

rando l.28.de paet. nec etiam minores si curatores habeant l.3.C.
de ref. in int. Struv. ex. b.n. 40. non obstante quod in contrac-
trum movet Colleg. Argent. ad t.de paet. Id quer. an ex promissio-
ne jurata obligenter pupilli & minores? quod neg. arg. l.5.C. de
leg. quia tamen pubertati proximus dol capax est & intelligit quod
agit, ideo per indirectum eum obligari ad evitandam perjurii pœ-
nam tradit Struv. ad t. de jurej. n.15. quod admittendū esse putamus
si malitiosē & præmeditate juraverit non verō si inconsultō ex lu-
brico ætatis alipuid promiserit jurato arg. c.2.c. 22.q.12 sec. quæ etiā
c.1.X. de del. puer. intelligendum, add. can. 14. seq. c.22.q.5. c.1.cauf.
4.q.3. & in simili Sichard. ad rubr Cod. de reb. cred. n.13. seqq. nec
transfigere cum in eo magnum veratatur præjudicium l.65.de reb.
aut. jud. poss. ita ut nec tutor vel curator possit nisi ob reiincer-
titudinem & ubi de justitia pupillorum plurimum dubitatur. l.54.
§.1.. de fure. Struv. ex 6. §. 55. quod si tamen fiat transactio cum
decreto, valet l.4 C de præd min. l.1.C. si advers. transact. Me-
noch. arbitr. jud. l.2.c.171.n.40. Iēsis tamen restitutio datur t. r.
C. si advers. transact. idem obtinet in divisionibus: arg. rubr. d.
t. non quidem ad res diuisas revocandas in communionem; ra-
diuisio.
tione divisionis enim in se consideratæ nullæ Iēsis allegari potest,
modo socius ad divisionem provocaverit, cum hæc obligatio sit
allege & divisio in bonum publicum tendat l.f.C comm. divid. sed
tantum ad inaequalitatem corrigendam, licet enim favor transa-
ctionum & divisionum sit maximus, nemini tamen debet nocere,
vid. DD. ad t. de transact.

§. 19.

Nec 3 donare: quod impuberes & minores nec cū auctoritate donatio.
& consensu tutorum vel curatorum imo nec cum decreto possunt.
l.f.C. si major fact. alien. in decreto enim debet tubesse justa causa.
l.5.s.9. de reb. cor. qui subrur. hic autem nulla subesse potest,
cum donare sit perdere, l.28.s.f.de paet. l.7.pr de donat. tu-
tiores verō & magistratus rem pupilli servare debent, ita ut dona-
tiones contra hujus juris prohibitionem factæ ipso jure non tene-
ant l.22.de admin. iur. Tutores verō & Curatores Regum, Prin-
cipum, Personarum Illustrium etiam sine decreto donare possunt.
arg.l.12. s.f.l.13.de adm. iur. ut sc. dignitas regalis conservetur cuius

pro-



proprium est donare. *Carpz.* p. 2. c. 11 d. 48. itē si Ecclesiæ sit donatum, pietatis enim intuitu quæ sunt donationes sustinentur. l. 1. §. 2. de tuz. & rat. dijstr. & quia cessar ratio d. l. f. C. si major. *Simoni.* tr. de decret. l. 1. §. 2. n. 19. *Mev.* ad ius *Lubec.* p. 1. t. 7. art. 10. n. 9. item in causa remunerations; naturaliter enim obligati sumus ad remunerandum l. 25. §. 11. de pet. hered. l. 4. ub. pup. edue. & propter nuptias, quia hac donatio fit ex necessitate auth. dos data. c. de don. ante nupt. *Mont.* d. tr. c. 33. n. 338. si sc. fiat in aliqua pecuniarum quantitate cum pecunia fit de rebus quæ servari nequeunt. l. 1. §. 9. finit questum ad *Sct. Trébell.* l. 1. C. si advers. dotem, quod si tamen juramentum accesserit donationi valet auth. sacram. pub. C. si adv. vend. c. 8. X de probat. quando autem detur restituſio vide ſis *Sforz.* Odd. q. 38. *Brunnem.* ad l. 1. C. si adv. donat. nec 4. repudiare sine tutore pupillus potest hereditatem l. 5. C. de repud. vel abſt. hered. qui enim non potest acquirere, nec repudiare potest. l. 8. 9. & 18. de acq. her. l. 3. de R. I. ino nequidem solus tutor repudiandi potestatem habet. l. 5. C. de jur. delib. minores verò curatorem habentes sine decreto repudiare poſſunt ante acceptancem enim sine follennitate repudiatio procedit arg l. 11. C. de transall. aliud in legato obtinet quod quis per alienationem repudiare non potest l. 5. §. 8. de reb. eor. qui ſub tut. legatum enim jam eſt acquisitum hereditas verò non. *Simoni.* de tr. l. 1. §. 8. n. 69. *Menoch.* de arbitr. jud. l. 2. c. 171. n. 52. curatorem verò non habentes ad additionem restituuntur l. 1. C. si ut omisſ. hered. & rurſus contra additionem poſſunt restituſio l. 7. §. 9 ſeq. l. 24. §. 2. de minor. *Bach.* ad op. c. 4. ad. actus nudos quidam etiam referunt & matrimonium & alia ſed nos hæc fortan rectius colloquemus inter negotia obligatoria.

§. 20.

2. obligato-
vii qui vel
respiciunt
solam per-
sonamue
nuptia.

Negocia obligatoria quod attinet vel respiciunt ſolam per-
sonam pura principaliter & directo, ejusque conditionem & qua-
litatem inde & ex jure personarum oriuntur, vel respiciunt res ſc.
finaliter & objective Bach. ad pr. 7. de oblig. quo ſensu ad ius rerū
recte referuntur: ad priora pertinent i. nuptia circa quas insignis
singularitas statim ſeſe ostendit, quod ſc. pupilli has contrahere
nequeant arg. pr. 7. de nupt. cum nec. conſentire nec generare po-
ſint;



sint; vis enim generandi post pubertatem se exercere incipit; nuptiarum autem finis est sobolis procreatio l.220. de V. S. quæ contra dictum hunc habitualiter, intentionaliter, imo juridicè loquendo essentialiter ingreditur; quamvis sponsalia rectè contrahant. l.14. de spons. & pass. int. X. de spons. modo tamen non sint minorum 7. annor. c.7. X. de spons. impub. c.1. c.30. q.2. cum tamen moderamine ut puberes facti ea approbaverint. Vng. ep. ad t. de spons. n. 5. Et tr. d. de spon. impub. diversitatis ratio ex j. dictis appareret sponsalia enim non tam magni præjudicium cum retractari possint; nuptiae vero requirunt perfectiorem consensum pr. f. de nupt. qui in impubere non deprehenditur. c.8. X. de desp. impub. & retractabiles minimè sunt; minorum tamen licet curatorem habeant sine eius consensu recte & sponsalia & nuptias contrahunt l.20. de rit. nupt. l.8. C. de nupt. Alber. Gent. de nupt. l.4. c.14. Curator enim datur rebus non personæ, remoto etiam beneficio restitutionis: matrimonium enim nil dissolvit quam adulterium Matth. c. 19. vers. 9. & quæ ei similis malitia deserto. c. 7. 1. ad Corinth. vers. 15. jnnc. vers. 8. c.5. 1. ad Timoth. quod enim Deus conjunxit homo separare nequit. Odd. d. tr. p. 2. q.60. art. 1. seqq. licet dolus tacitus intervenerit quo quodammodo allicitur ad contrahendum arg. c.1.29. q.1. si tamen dolus manifestus probetur resque adhuc sit integra aliud obtinet per trad. Miller. hypon. de annul. pron. §.25. n.11. si autem integra esse desierit, tunc puniendi illi qui auctores infelicium nuptiarum extiterunt, cum nil aliud struxerint quam scalas ad gehennam, & inter coniunctos nil nisi iræ, iræ, odia & mine audiantur, pax ibi nulla ibique neuter instar hec tice febris avelli possit. Miller. d. l. n. 14. imo quandoque resciduntur modo ad concubitum insignibus fallacis. & technis induiti sint minores ut trad. Richter. tr. de sign. ad verb. verb. civiliter q.2. Cyprian. de Spons. c.13.

§. 21.

2. Arrogatio quæ licet fieri possit impuberum & minorum §. 1. 7. quib. mod. tu. fin. l.14. de tut. cum tamen hoc impliciter respectum bonorum que transferuntur, & sit de statu civis Romani, ut & de magno rei & personæ præjudicio agatur, ideo nec à pupillis nec minoribus sine debitis requisitis, quæ recenset Ekgl. adt.

E

de

arrogatio.

*de adopt. §. 8. celebratur, inter quæ etiam refertur quod si plures sine
tutores vel curatores omnium requiratur consensus, quia arrogatione
finitur tutela, ne ergo illa pereat ignorantibus aliis, omnium
auctoritas est necessaria l.f. C. de aut. præst. quod enim omnes
tangit ab omnibus debet approbari; imo olim nequidem cum tu-
torum auctoritate permittebatur ut didicimus ex A. Gell. l. 5. c. 19.
additionem quod tutoribus tanta potestas in pupilos non sit, ut
caput liberum siedi illorum commissum alienæ ditioni subjiceret possem.
& licet videatur non posse arrogatum pupillum laedi hisce adhibiti-
sollemnitatis, quod si tamen se lasum esse probetur, restituatur
l. 1. §. 1. l. 3. §. 6. de min. datur enim etiam hoc beneficium propter
status mutationem arg. l. 2. de rest. in int. Odd. d. tr. q. 55. art. 1. Po-
terit tamen minor 20. annorum pati se esse *venandari* & dominica
potestati subjici l. 1. seqq. qui ad. libert. procl. l. 4. 7. de jur. pers. (ubi
DD. comin. tradunt requisita) non obstante quod plus sit do-
minica quam patriæ potestati subjici, quia enim minor dol. capax
est merito punitur, si leviter estmet licet enim libertas non
sit in commercio l. 3. si quadr paup. fec. odio tamen ejus qui inefti-
mabile beneficium tam vilipendit, alterumque defraudare cupit,
pena hac statuta: indigni enim beneficio legum sunt qui id ne-
gligunt. l.f. §. 12. C. de Jr. delib. & dolus nemini debet prodesse. l. 12.
de d. m. nec restituitur quippe qui cum singatur mortuus, non
potest restitui ut vivat; à privatione enim ad habitum non valet
consequientia; Sfort. Odd. d. tr. q. 55. art. 1. n. 5.*

§. 22.

*3. Domiciliū mutationē. Hæc autem eo facilius procedit cum tam
magni non sit prajudicī, quia enim sine domicilio nostra perfo-
rare esse nequeunt, parum refert hic an alibi id habeant, quamvis
enim impubes non habeat plenum intellectum adeoque nec animum
constituendi domiciliū, quia tamen necessario adesse debet. l. 17. §. 5. l. 27. §. 2. ad munic. Carpz. 2. R. 22. n. 20. seqq.
nec in ejus arbitrio sit ubi velit habitationem insituere. arg. it. ubi
pup. morari vel educ. sed domiciliū paternum retineat arg. l. n.
C. ub. per. tut. atque ita etiam secundum domiciliū requisitum de-
ficiat habitatio sc. l. 20. 27. §. 2. ad munic. id tamen unicè in regula
exaudiendum est, fallit vero si de facto alio se ex consiliorum
8c*

*domiciliū
mutationē.*



& curatorum conferat, & majorem bonorum suorum partem transferat, venditis in patria bonis immobilibus, lex enim tunc domicilium magis ex re ipsa & facto quam ipse sibi constituit. *Franck. libr. i. resol. 16. n. 29.* *Servi. ad t. de jud. n. 27.* hoc addendum, quod juramenti praefatio differatur usque dum pubes factus sit arg. c. 26. *X. de jurej.* quod si tamen probaverit domicilii mutationem ipsi suisse nocivam restituitur ex generali clausula, imo adhuc amplius licet jam restitutus sit denuo tamen si laesio appareat restituendus erit arg. eorum quae dicta ad §. 19. in f. quod tamen ultra secundam restitutionem extendas caveas. *Sforr. Odd. q. 58. n. 2.*

§. 23.

4. Manumissio & emancipatio. prior hisce personis cum pro- manumissio
sit indistincte fieri potest, beneficium enim nemo renunciat pr. f. 55
de libert. cum manumissio non solum ciues faciat Rom. §. 3. f. de
libert. sed & libertatem tanquam rem inestimabilem attribuat.
t. 122 de R.I. Posterior vero cum nocere possit i. non omni conce- emancipa-
ditur, licet enim si honor filio emancipatio, tamen laesio si pre-
tio. ponderat honori non toleranda & ergo contra hanc reflitur ut
Odd. q. 55. art. 2. seq. minor verò 17. annorum aliud è potestate
non aliter dimittit, quam sollemnitate interveniente §. 4. 7. quib.
ex caus. manum. contra quam manumissionem minor non resti-
tuitur, libertas enim semel concessa non retractatur. *§. semel 7. quib.*
ex caus. manum. de capit is deminutione maxima & media frustra
queritur, cum has inviti ob delictum patientur §. 1. & 2. d. C. D. de
dotis datione & tutelæ administratione qua DD. comm. ad perso- vel res; ue
nalia eorum referunt, rectius nos ad quasi contractus referimus. *sunt contra-*

Etus 1. uni-

*Succedunt actus licti qui respiciunt res: contractus sc. tam laterales
veros quam quasi repräsentantes, illi sunt vel unilaterales vel in specie sic
bilaterales, & priores vel in specie sunt contractus vel distractus; dicti, qui
illi vel principales vel accessorii: Principales vel à parte pupilli vel vel principi-
alterius contrahentis producunt obligationem, priori casu pupilli pales &
modo infantiam egressi (infantes enim furiosis comparantur l. 5. quidem i. à
de R.I.) si non habent tutores licet naturaliter propter consensum parte pup.
obligentur. *l. 21. pr. ad L. Falc.* sine tamen effectu ipsos respiciente & min. ob-
lig. *§. 59. de O. & A.* civiliter enim planè non obligantur pr. f. de auct. lig. produ-
tut. cunct.*

E 2.



tut. Bach.ad Wefenb. t. de part. n. 5. an vero detur contra obliga-
tionem naturalem restitutio queritur? quod affirmandum vi-
detur cum Odd. q. 51. art. 2. quia haec obligatio multas patit effe-
ctus ad favorem creditoris ut impossibile sit quod non aliquo
modo lassio occurrat: de minoribus curatorem habentibus quan-
quam alias nonnulli tradant, quod ipso jure obligentur sine cura-
torum consensu, lesi tamen restituantur in integrum hocque pro-
bare conantur ex l. 101. de V. O. & l. 3. C. de in int. rest. addentes cu-
ratorem rebus dari obligati verò sit personale quid, in personali-
bus autem consensus curatoris non desiderari; idem tamen eti-
am in minoribus obtinere credimus cum communis DD. schola
arg. l. 3. C. de rest. in integr. l. 13. pr. de excus. tut. l. 6. de curat. fur.
l. 6. de V. O. Frantz. k. ex. 3. q. 5. Dn. Struv. adt. de part. n. 44. quod si
verò curatorem non habeant sine dubio obligantur, salvo tamen
beneficio restitutionis: ex hoc nunc fluit, quod haec personae mu-
tuam pecuniam dare nequeant & si dederint nummos accipientis
non faciant, vel extent vindicari possint, si verò dolo malo con-
sumti ad exhibendū agi, sin bona fide condici §. f. 7. quib. al. l. 10. vet.
nor. l. 11. §. f. de reb. cred. quæ autem detur condicō an ex mutuo
an sine causa disceptatur, & quamvis prius multi afferant, quod
sc. consumitio faciat mutuum convalescere arg. l. 24. pr. de O. & A.
l. 19. §. 1 de R. C. & ex facto dantis res ad accipientem pervenerit
perque ut si quis alienos nummos mutuo dederit, imò licet pi-
pillus non obligetur contrahens tamen cum eo efficaciter oblige-
tur pr. f. de aut. tut. posterius tamen mihi cum Struv. adt. de R. C.
n. 16. placet reque ut in calu si quis alienos nummos mutuo dede-
rit arg. d. §. f. 7. quib. al. l. 11. §. f. l. 12. 13. l. 19 §. 1. l. 23 de R. C. ad mu-
tuum enim duo requiruntur consentius & traditio ejus qui rei tra-
dendæ potestatem habet puta domini, quorum utrumque in his
personis deficit.

§. 25.

2. à parte
alterius co-
trahentis in
actus hactenus validus est ut pupillo acquiratur, non vero ut hic da-
bis obligan-
mmum incurrat arg. pr. I de aut. tut. unde pupillo si mutuo datur
tur nostræ pecunia haec ipsi acquiritur, non tamen indead restitutionem obli-
gatur, alter enim non potest queri cum debeat gñarus esse ejus.

com

Conditionis l. 19. de R. I. nisi pecunia adhuc extet, hæc enim vindicatur, consumata vero quatenus inde pupillus factus locupletior condicetur, & eatenus pupillus ex constitutione D. Piï obligatur quatenus l. 5. pr. de ant. tut. l. 21. ad L. Falc. l. 64. ad Sct. Trebell. quam obli- locupletio- gationem non nativam sed dativam esse putamus, non obstante res facti. quod sit ex consensu; non enim quisvis consensu facit obligationem nativam sed ille qui sufficiens est ad inducendam eam; unde etiam haec actio dari non nasci dicitur in l. 3. commod. l. 66. de solut. l. 1. §. 15. depos. Habs. ad Wef. de pact. n. 5. & ad r. de cond. ex leg. n. 3. quando vero locupletior dicatur factus pupillus? queritur, nos id locupleta- non ex eo quod adversario aliquid absit, sed eo quod minor ali- tio explicatur. quam utilitatem senserit determinamus, utilitas autem consistit tur. vel in re vel in actione pr. m. per omne id quod ad pupillum per- venit vel ex contractu, vel dolo ejus factum quo minus perveniret, ut si hereditatem deterioraverit l. un. §. f. C. de repur. qua sunt in jud. Perez. ad d. r. dicimus illum esse locupletatum, item si here- ditatem paternam quidem omisit, aliquid tamen ex bonis paternis tempore mortis quæ penes se habuit retinuit, & hoc communicare heredibus debet si contra actionem restitutus sit. l. 2. C. s. ut omis- hered. l. 7. §. 5. de min. item lucrum est in fructibus, precio sive toro sive partiali, melioratione rei, puta si adversarius rem me- liorem fecerit vel fructus ex re lucratus sit pupillus, item licet rem non habeat precium tamen penes eum sit; l. 3. §. 4. de neg. gest. unde si minor restituatur contra emptionem rei & fructus restituere velit; debet vendor precium simul cum usuris refundere licet pecuniam otiosam habuerit, quod & obtinet si minor fructus male consumit quo tamen casu minor nil nisi quod adhuc habet resti- tuit cum sibi imputare debeat qui cum eo contraxit Bach. ad ap. c. 13. n. seq. quod si vero minor precium pro re a se vendita accepit licet adversarius fructus restituisse debeat, minor tamen usuris non nisi quas percepit restituit, quia hic nihil lucrum restituit, ita & si ipsum precium male consumit nihil restituit, obstat l. 24. §. 4. de min. non placet r. Placentini in Cod. ad t. C. de repur. qua nec Ant. Fabrinec Bach. d. l. utpote cui posteriori refragatur l. 27. §. 1. de min. sed aliam ex d. l. 27. petimus disting. sc. an imputandum sit ad- versario quod temere minori precium solverit, an nihil: ut post.

E 3

casu



casu locum habeat l. obſt. pr. verò l. 27. §. 1. de min. lucrum in actionibus est, si sc. pupillus vel minor cui res vel pecunia tradita est eam alii licet etiam ego crediderit, adhuc dum locupleatus dicitur ad hoc ut hanc actionem cedat d.l. 27. quæ cessio necessaria vocatur l. 2. C. de divid. tut. Brunnem, ad d.l. 27. & de cess. aſt. o. 3. n. 71. Franzk. ad t. de proc. n. 4. 6. habet & utilem actionem adversarius in casu si minor cedere non possit, imo & hanc cessio nem obtinere putamus ut minor beneficium restitutionis alii cedere debeat v.g. minor alterius negotiū gesſit convenitū a domino negotiū gestorū hic dominus quidem nihil à minore consequitur, sed ne in damno ponatur debet minor ipsi cedere restitutionem; non enim cum alterius damno indemnifandus; l. 24. pr. de min. Sforz. Odd. p. 1. q. 49 art. 2. Bach. ad m.p. t. de rest. p. 970. ubi eleganter evincit quod beneficium restitutionis non solum cedi possit, sed quod & aliquando cedere minor debeat.

§. 26.

occasionaliter requisi-
ta restitu-
tionis ad-
duntur.

Et quum hic ut plurimum facta sit mentio beneficii restitutionis puto non malè nos facturos si principaliora requisita paucis adjiciamus: est autem restitutio minorum auxilium extraordinarium l. 16. de min. qua prator deceptis vel laſtis succurrit reponendo eos in statum quo ante laſtionem & deceptionem erant. l. 24. §. 4. de min. & et. de rest. in integr. non dando actionem, sed ipse ex officio eius nobili de causa cognoscit & causa cognita restituit, ut unus quisque suum recipiat. l. 1. §. 1. de min. in causa cognitione autem venit probandum à minore i. actas, arg. l. 3. §. 5. de min. l. 4. C. eod. 2. captio s. laſio l. 11. §. 3 eod. l. 9. §. 4. de jurej. modi laſtis habitentur in l. 4. 4. de min. 3. laſtis qualitas l. 4. de rest. in int. 4. defectus remedii ordinarii l. 16. de min. 5. quod laſio vel dolo adversarii vel facilitate minoris contigerit. d. l. 11. §. 3. l. 24. §. 1. de min. & 6. quod negotium habile & restitutioni obnoxium sit: effectus petitæ restitutionis est ut suspendat executionem vel implementum contractus. Carpz. 2. n. 94. imperatae verò, ut omnia in priorem statum reponat, quo & ille quantum fieri potest servetur indemnisi qui cum minore contraxit; Eekolt. ad t. de rest. in int. §. f. Struv. ex 8. §. 65.

§. 27.

Quæ diximus de obligationibus vera sunt si res manet
in terminis contractus, si vero traditio ex contractu accedat
sollen nitibus à legibus requisitus opus est; alias alienatio
nulla, de quibus infra §. 9. scqq. c. 3. Accessorios con-
tractus quod attinet, refert an aliis accedat obligationi pu-
riss: quare
pilli & minoris an verò hi aliorum pr. m. res ex jam dictis
constat quod valida inde oriatur obligatio l. 7. & 25. de fidej. us pro mi-
ang. s. i. j. cod. & hoc sine dubio procedit li civiliter hæ personæ sunt
obligatae puta ex quasi contractu l. 49. de O. & A. de quo casu Wif.
ad t. defid. d. l. intelligit. si verò naturaliter solum obligentur
fidejussorem intervenire posse negat. per l. 6 de V. O. verum cum
naturali obligationi accedat fidejussor §. i. j. de fidej. l. 6. §. f. cod. re-
ctius indistinctè affirmamus cum DD. schola. quamvis enim in
plus obligatio non possit fidejussor quam debitor §. 5. j. de fidej. fir-
matus tamen adstringi potest, quod enim pupillis & minoribus de-
est hic supplet l. 1. C. de fidej. & hoc etiam intelligimus de infantia
proximo cum hic naturaliter obligetur noti curante. Zoef ad r.
z. de O. & A. n. 50. Struv ad t. de past. n. 30. & constat ex dictis ad
c. i. §. 8. add. Brunnem. ad l. 25. de fidej. contra verò hæ personæ
pro aliis se adstringere nequeunt l. 9. §. 5 de R. C. l. 48. §. 1. de fidej. pro alio.
quia suam conditionem facerent deteriorem, & hoc in impunib[re].
nullum habet dubium, cum & persona & bona aliena: subjaceant
ditioni; quo ad minorem verò dist. am curatorem habeat an non ut
pr. casu idem sit asserendum: per trad. ad § 24 b. cap. non obstat.
quod Zoef ad z. de fidej. id negat ad quæ etiam d. §. responsum
est, post. verò casu obligatur quidem sed laetus restituitur Brunnem.
ad l. 1. C. de fidej. min. procedit tamen hoc in tantum ut ne
quidem favor certarum personarum & causarum magis privile-
giatarum id convellat, licet enim alias si concurrant personæ &
causa diversimode privilegiatae, magis privilegiata minus privile-
giata vincat, secus tamen est in fidejussione, utpote in quam cre-
ditor de lucro captando, nostra personæ vero de damno vitando
certant, merito ergo harum causa potior effe debet; in alterius enim
favor em nemo contrahere cogitur, tantus enim in jure favor p er-
e non est ut aliquid fiat contra iustitiam c. n. n. 2. F. 13.

ampliatio 1. Consequenter i. filius pro patre sese obligare solus non potest multominus cogitur nec cum tutoris vel curatoris auctoritate, ne-mo enim invitus auctor fieri cogitur. *Struv.adt.de aust.rut. n.45.* quod si tutor vel curator interveniant, suo periculo id faciunt, si vero solus impubes non obligatur per text. gener. quibus accedit arg. *N. 15. c. 3. & Auth. si captiv. C.de Episc. & cler. si vero minor hoc faciat laetus restituir. I. f. C.de fidej. min. non obstat. quod filius contra parentes non restituatur. I. f. C. qui & advers. quos. Brunnem ad b.l. siquidem hic non tam contra patrem quam creditorem restituitur, cum creditore enim contraxit promittendo indemnitatem per stipulationem pr. I. de fidej. quamvis enim filius non videatur laedi propter innumerab. beneficia quae habet a patre, sed potius solvat aliqualiter quod ipsi debet, nihilominus tamen quia beneficium solummodo ad gratitudinem obligat, ejus natura est ut ad certum quid non adstringat, grato enim animo beneficium etiam agnoscitur, ideo adhuc dum lesionem adesse videmus; exceptionem tamen patitur in casu si pater captivus est tunc enim filius fidejussione ad liberandum ipsum adstringitur, & si omittat eapropter exheredari potest per d. Nov. & auth. Herring. tr. de fidej. c. 7. n. 348. segg. & cum a lege hoc ipsi imponatur tutoris auctoritatem non desideramus. *Sichard.ad I.f. C. de ref. min. nos etiam ad alios similes & maiores extendimus casus cum Sfort. Odd. 9.54. art. 4 n. 20. nec 2. cogitur vel potest pro creditore suo, huic siquidem ne quidem solvere potest § f. I. quib. al. lic. id quod revera debet, quominus ergo fidejubere, quod est quasi pro alio solvere Zoef. ad t. de fidej. n. 6. & hoc procedere putamus licet creditor instet & urgeat solutionem, semper enim militar ratio generalis quod suam conditionem faciat deteriorem sese conjicendo in periculum lesionis, immo ulterius etiam si creditor pecuniam mutuam accipere cogatur, hancque habere non poslit sine hac intercessione, sicuti enim alia prohibita & illicita, ex haec causa licita non sunt, ita nec hoc admittitur; si tamen aequitatem inspicere volumus omnino contrarium asserendum est; in casu si non plus venit in fidejussionem quam debatum, in esse etuenim hic in damno minor non ponitur, cum id quod pro creditore solvit ex fidejussione**

dejussione compensare possit cum suo debito: nec 3. pro eo qui ante ad preces ejus fidejussit; editum enim quod quisq; jur. &c. unicè pertinet ad ius novum & iniquum imperatū, non verò ad justitiā, & id quod iura ratione officii imponunt, & licet subsit aliqua obligatio, illa tamen non adst ringit ad certum quid sed generalis est, nec 4. pro magistratu: & cum hujus officio incumbat augere & promovere commoda harum personarum, non verò in damnum conjicere, eo ipso enim dum fidejubent laeti presumuntur, cum litibus implicentur l.6. de min. ratione tamen summi Imperantis & Reipl. ut omnia civium bona obligata sunt, ita & in necessitate non modo possunt sed & debent se suaque pro utilitate Reipl. obligare: unde & repressalias in bona & personas minorum exercere, ut & eos obfides dari posse arbitramur, quod tamen posterius intelligas non nisi de extrema necessitate. nec 5. ob dotis, debiti fiscalis aut vestigialium favorem; utpote quartū causar. promotioni quidem jura favent, non tamen cum aliarum personarum miserationib; damno, cum Reipubl. intersit has quoque defendi arg. l.12. de min. fallit verò nocturnum assertum 1. si pecuniam pro fidejussione accepit, tunc ut ex omni contractu quatenus locupletior factus tenerit. 2. in cœla primipilari quam pater administravit, pro hoc enim filius ipso jure tenetur sive major sive minor sit. 3. si dolosè se majorem dixerit l.2. 3. Cf. min. maj. sed dix. jura enim decipientibus non subveniunt l.52 §. 4. de furt. & l.2. §. 3. ad Sct. Vellej 4 si in rem suam fidejussit l.8. §. 1. qui satisd. cog. quando autem in rem suam fidejubere dicatur, vide sis Odd. d. tr. q. 54. art. 7. Hering. d. tr. c. 7. n. 99. & 104.

§. 29.

Succedit distractus & quidem constat quod creditores & 2. distractus alii pupilos & minores debitores suos liberare possint sive id fiat quatenus acceptando, sive novando scilicet alii modis. nostræ persona verò debet pup. et min. bitores suos remittendo debitum liberare nequeunt, nequidem a creditori delegando; quoad creditorem enim qui delegat requiritur consentibus suis legitima & libera rerum suarum administratio, quod in personis hisce berantur, non deprehenditur. Eckolt. ad t. de nov. §. 10. nec novando scilicet ob- vel ipsi ligationem qua alius ipsis tenebatur l.20. §. 1. de novat. (suam berant de- enim qua alteri adstringuntur, & alterius novare possunt §. 3. §. bitores suos quib.

F

3.

4.

5.

limitatio 1.

2.

3.

4.

quib.mod.obl.sol. l.1 §.1 de novat. Ekolt.ad d. 2 n.4.) nisi adhibeant tutorum vel curatorum consensum, quo tamen laeti restitutione ex generali clausula gaudent: Odd.q.54.art.9. per confusione vero debitum extinguitur, cum in eum res redeat locum, ut obligatio manere nequeat l.75.l.95 §.2.de solut. &c magis lex quam ipsi fere liberant. In solutione refert an alii pupillis & minoribus an verò hi aliis solvant, prius quidem procedit ut dominium numerorum vel alias res in solutum datas acquirant §.f.7 quib.al.lic. & arg.pr. I de autē tut. non verò ut debitores suos liberent nisi in quantum locupletiores facti l.47. de solut.ex ratione l.206. de R. I. illorum enim conditio non sit melior, cum non obligationem solum remittant, sed & metuendum sit ne pecuniam prodigant, unde rectè dicitur in l.15 de solut. quod hæc solutio effectum liberationis non habeat, add. l.44.de min.l. 46. §. 5 de admin tut. quod si verò accedit curatorum vel tutorum consensus plenam liberationem consequuntur, salvo tamen ipsis manente beneficio restitutionis d.l.46.de adm. tut.l.1.C.si advers.solut Carpz. p. 20 conf. 11 d.45. nisi decretum magistratus accedat, hoc enim adhibito debitor plene liberatur excluso etiam beneficio restitutionis d.§.f.1 quib.al.l.25. C.de admin.tut. judicialis quietantia autem non habetur pro decreto Carpz.d.l.d.46. & in hoc solutio differt ab aliis actibus, contra quos datur restitutio licet decretum magistratus intervenerit, diversitatis rationem tradit Vinn. ad d. §. f. iniquum enim est bis eand.rem solvere: excipias tamen solutionem annorum reddituum pensionum &c. quæ pupillo ex tutoris auctoritate sine decreto fieri potest, & facta plena tribuit liberationem debitori excluso restitutionis beneficio d.l. 25. & 27. C de admin.tut. posteriori autem procedit, ut nequidem numinorum solutorum dominium transeat ipso jure l.14. §.f.de solut. siquidem extantes vindicare possunt l.11.de A.R.D. in fin d. §.f. non obst. quod dominium ex causa putativa transeat l.36.de A.R.D. multò magis ergo ex vera re. enim requiri ut illa causa in se valeat qualis hic non est Bach ad d. §.f. sed quid si numini consumti sint refert an solvat pupillus ex causa ex qua revera debet, an alia five pro alio: pr. casu numini non condicuntur, modo b.f. sint consumti l.14. §.f. de solut. sed nascitur liberatio l.19. §. 1. de R. C. Vinn.ad §. f. l. quiba.

quib. at. lie. post verò casu conditioni locus est l. 29. de cond. indeb.
sed quid si minor debitum naturaliter civiliter tamen indebitum
solverit an conditioni erit locus? dist. an ex ignorantia juris an fa-
cti solverit, ut pr. casu cestet conditione indebiti detur vero restitu-
tio in integrum perl. 2. C. si aduersus solut. l. 10. C. de jnr. & fact. ignor.
Odd. q. 52. art. 4. 5. &c. post. verò conditione indebiti detur arg. l. e.
§. l. 3. de cond. indeb. Bach. ad Tr. v. 1. d. II. l. ff.

§. 30.

Ab utraque parte obligatorii sunt vel æque principales vel 2. bilat-
non pr. casu est perpetua regula quod pupilli eximantur obliga- rales qui
tione; alii verò qui cum iis contrahant, obligentur pr. I. de auct. vel princi-
pot. licet enim æqua debeat esse contrahentium conditio l. 1. de pales ab u-
resc. vend. in favorem tamen pupillorum receptum est ne ullum trag. parte.
damnum sentiant, quod in obligatione propter eorum imbecil-
litatem ingenii facilè accidere posset; & hoc obtinet æque in no-
minatis quam innominatis contractibus, in quibus tamen id notan-
dum, quod si à datione pupilli ceperit sit in arbitrio tutoris vindi-
care datum vel ad implementum agere: sin verò alterius contra-
hentis hic non æque ad implementum agere potest, sed liberum est
tutori implere vel pati revocationem, si vero à facto pupilli ceperit
& sibi prosit ad implementum agere, omnino agere poterit, re-
vocare vero factum non potest, multominus ad interesse agere
nisi ad factum dolo adverfarii fuerit inductus, è contra vero adver-
farius si quid fecit capropter actionem nullam habet; quod verum
est si sine tutorum vel curatorum consensu contraxerint & res ad-
huc integra sit, quod si enim illi conserferint, omnino firmiter ob-
ligantur cum beneficio tamen restitutio l. 2. C. si stat. vel cur. in-
terv. modo tutor contractum ex post facto non approbet §. 2. I. de
auct. stat. l. 9. §. 5. eod. in ipso enim negocio auctoritas interveni-
enda; auctoritas enim est de sollemnitate actus & pertinet ad in-
tegrandam perlonam pupilli, qui propter defectū judicii inhabilis
est ad actus sibi præjudiciales gerēdos §. 9 I. de inut. stip. l. 19. de auct.
stat. sollemnia vero ex post facto supplenti nequeunt l. 137. de V. O. l.
7. de interr. in jur. fac. & ita contractum pupilli nullum esse putamus
si tutoris auctoritas vel præcedat vel sequatur, arg. d. l. 9. §. 5. de auct.
stat. in favorem tamen pupilli à parte contrahentis alterius valet, ita

ut ex ratificatione tutoris convalescat, non quasi ita retro valeat sed quasi nunc denuo ac de novo contractum sit. *L. 72. pr. in fine de cont. remt.* alias enim id absurdum eveniret, quod tutor quounque tempore intervenire possit: *Mont. d. tr. c. 30. n. 54. seqq. DD. ad t. de aust. ent.* illud non refert an contractus sit simplex an reciprocus. *Odd. p. 1. q. 47. art. 12. n. 65. seqq.* five cum persona liberta sive servo fuerit contractum. *L. 24. §. 3. de min.* *Bach. ad t. de min. c. 19. n. 2.*

§. 13.

E quidem hactenus de contractibus diximus fallunt si juramento vallati, tune enim ita validi sunt ut nullo modo infirmari possint. *L. 1. & auth. seg. C. si adv. vend. & obtinethac auth.* etiam in donationibus & contractibus alius tam onerosa quam lucrativis *Brunnem. ex Cephal. ad d. auth. si sc. minor sponte juraverit fecus si coacte, vel metu. Zoef. ad t. de min. n. 43.* licet non sit certioratus de beneficio restitutionis, quamvis enim nemo presumatur renunciasse ignorato, & de quo quis non cogitat. id tamen non valer si quis simplicem non verò juratum initit contractum. *Zoef. d. l. n. 41.* eo ipso tamen non excluditur alius remedii & quidem majoribus ut sunt *L. 2. derec. vend. actione de dolo, quod metus causa &c.* etiam si juraverit se nullo modo impugnaturū contractum, censetur enim cogitasse solunade remedio sibi ut minori competente, adeoque propter verba generalia ultra id extendi non debet, nec Jure Canon. utpote quo juramentum ne quidem ad incogitata extenditur, nisi circumstantiae aliud ostendant. *Struv. ad t. de min. n. 54.* & ibi alleg. *Franz. contra ergo contractum juratum non restituuntur, esset enim alias lex verbis non rebus lata, Odd. d. tr. g. 26. art. 6. 7. Gail. 2. O. 41. imo nequidem absolutio daturā validū juramento, nisi ilatio sit grayissima vel dolo & metu adverbarii extortum juramentum, vel causa fuerit magnus & essentialis error. Cephal. conf. 405. n. 31. & 207. n. 65. Bach. ad Trent. v. i. d. 11 §. 9. L.C. & statuta à Zoef. d. l. & Perez. ad d. auth. allegata quae restitutionem contra juratum-contractum concedunt sunt irrationalibilia cum dent ansam perjurii & constitutionem D. nostri Imperatoris eludent. *Hartm. P. p. 4. q. 6. n. 12.* optimè hac de re scribit, *Brunn. ad d. auth. n. 10.* conscientie sua consilat minor si enim non irre-*

irreparabile damnum sentiat, nolim facile auctor esse ut absolu-
tionem petat. &c. Sed hic 1. queritur; an d. auth. extendenda ad
impuberem? quod negamus per d. auth. junct. l. 12. de jud. & arg.
l. 26. de jure, non oblit. l. 1. C. si advers. vend. illa enim explicanda
ex auth. quod sc. minor ibi sit qui pubertatem egressus nondum
25. ann. attigit de jure canonico tamen affirm. verit modo serio &
præmeditato juratum sit Zoëf. d.l. n. 39. 2. queritur an d. auth.
pertineat etiam ad contractus invalidos? ratione invaliditatis ex
causa communis puta quod sit contra bonos, contra publ. utilita-
tem &c. omnes negant, ratione autem invaliditatis ex aetate minoris
pluriores affirm. ut Franzk. ad t. de jure, n. 42. Struv. d.l.n. 54.
Bosold. p. 1. cons. 26. Bach ad Tr. v. i. d. 11. §. 9. lit. C. Carpz. p. 2. cons.
11. def. 5. Hilig. ad Don. l. 21. c. 13. nos tamen ratione juris civ.
facimus cum Perez. ad d. auth. n. 6. & Zoëf. d.l. n. 40. qui negant per
verba in amb. retractandis custodiuntur; item quod d. auth. ponatur
in materia restitutionis & sit correctoria; juramentum enim
tanquam accessorium sequitur principale per l. 5. C. de LL. ratione
vero juris can. non deserimus in contrarium adductos per c. 28. X.
de jure.

§. 32.

Quod jam dictum est id etiam bene applicari potest ad ea quæ quorum
in feudis occurruunt circa has nostras personas; feuda enim acci- occasione
pere possunt: c. si de fendo §. si minori 2. F. 26. & pro infante qui de feudis
dem solus tutor rectè accipit arg. l. 5 de R. §. 9. f. de inn. stip. pu- quedam
pillus autem & minor nonnisi cum tutore & curatore accipiunt inspergus-
arg. pr. f. de ant. sur. in feudi enim acceptance vasallus se obligat sur.
Domino ad honorem & servitio c. obervus f. 2. F. 23 & non solum
modo personam sed & bona adstringit. Ludv. vell. de feud. c. 6.
non tamen ita facile dare possunt quavis enim cum consensu tu-
torum & curatorum promittere feendum possint, infendare tamen
nequeunt c. 1. 2. F. 3. est enim infendatio species alienationis quæ
tutoribus & curatoribus sine decreto magistratus prohibita n. C.
de prad. min. nec decretum simpliciter tantum sed causa bene co-
gnitae intervenire debet, ne gratis feendum novum constituant arg.
l. f. C. si major fact. donare enim & cum decreto ipsis inhibitum.
Hanon. ad f. d. 3. §. 23. Ludv. vell. de feud. c. 5. Vult. de feud. c. 3. n.
F. 3
6. Si-

6. *Simone. tr. de decret. l.2.i.6.n.31.sq.* quod & obtinet in feudo aperto cum & hujus infundatio revera sit alienationis species. *Rosenthal. c.3.cl.15.* fallit tamen in renovatione, quam indistincte facere possunt etiam sine tutori & curatore c.1 2. F. 3. textu enim non distinguente nec nos distinguere debemus, præfertim cum ratio cur alias sine tutori aliquid prohibitus sit, cesseret non enim deteriorem faciunt renovando conditionem suam pupilli, nec metus est ut deterior fiat. *Vult. de fendo. c.3.n.7.* non obstat quod nullo modo se obligare possint. *2.* enim hoc ita esse intelligentium si obligando sentiant damnum si vero planè nullum damnum sentire possint, ut fit in renovatione bene se obligant per trad. *Vultej. d.l.* quod tamen non intelligas de infante qui nec cum tutori ullum recte gerit negotium arg. §.9.7. de *Inut. sfp. diff. Lud. vnell. d.c.5.*

§. 33.

vel non; sed ab altera Posteriori vero casu ubi ab una parte directa ab altera contraria oritur obligatio: interest an haec nostra personæ directo an contra parte contraria sint obligatae, pr. casu non procedit obligatio nisi quatenus trario obligato locupletatur ex d. pr. I.de aust. tut. post. casu firmiter obligantur, partim quia semper italocpletiores sunt; contraria enim obligatio non nisi ad indemnitate tendit arg. l.21.de N.G. l.2. C. eod. partim quod haec obligatio magis ex re & lege sit l.46.de O. & A. quæ sine dubio ex infra dicendis eos tenet, fallit hoc quandoque in mandato, quod si enim pupillus alteri mandaverit ut pro se fidejuberet, hicque fidejusor solverit, regressum non habet l.13. de min. arg l.4.de N.G. cum cesseret ratio lucri, & quia minor mandaverat fieri quod sibi damnosum erat; Ex pignore queritur si pupillus id accepit an non obligetur directo: quod aff. videbatur; ne sc. lucrum improbum capiat, cum solutionem recipiat, denegat vero restitutionem pignoris, sed cum haec directa obligatio non circa solam redditionem veretur pignoris, sed & circa damnum casumque culposum §.f. I. quib. mod. re contr. l.23. de R.I. l.f §.f de pignor. act. contrarium nobis placet, nec obstat ratio dubitandi, licet enim actione pignoratitia pignus ab eo non revocetur, alia tamen actio condicione l.c. sine causa (quæ ex sola naturali & quitate oritur) locum haberet.

§. 34.

In quasi contractibus disting. an à facto minorum vel pupil- & his suc-
lorum an verò aliorum obligatio incipiat, pr. m. si sc. quippam fa- cedunt qs.
ciunt, vel negotium gerunt, obligatio nulla nascitur l.3. §. 4. de neg. contractus.
ges. in hisce enim contractibus semper requiritur factum habile
ad inducendam obligationem à parte ejus qui gerit & facit ali-
quid arg. l.2. de N. G. tale autem factum ab his personis proficiunt
nequit arg. d. pr. 7. & semper qui aliquid obligatorium facit, revera
consentit, & se magis absenti & ignorantia quam consentienti &
praesenti adstringit, & hoc est quod DD. dicunt quasi contractus
constare unius consensu: Unde nunc sit quod non possint i. rute-
lam administrare, cum ipsimet indigeant cura aliena. l. f. C. de lego-
rat. §. 2. I. quie. tif. tnt. §. 13. de excus. tut. nec 2. negotium gerere. a. l.
3. §. 4. de N. G. nec 3. hereditatem adire. §. 1. I. de au. t. tut. cum he-
reditatis adiutorio animi iudicio debeat fieri l. 22. de acq. vel am.
hered. add. arg. l. 37. d. t. in tantum ut hi actus omnino & ita sint
nulli ut ne quidem alter cuius negotium gestum est obligetur; licet
enim supra dixerimus, quod in negotiis bilateralibus consensuali-
bus alter qui cum iis contrahat obligetur, id tamen in hisce con-
tractibus fallit, ideo quod in illis imputetur ei, qui cum nostris
personis contraxit l. 19. de R. I. & ita sua culpa damnum sentiat
l. 203. eod. in his verò cum in contractum incidat arg. l. 31. pro soc.
l. 25. §. 16. fam. ercis. ipsi imputari nil possit. Illud notandum
quod si de facto, haec personae alterius negotium gererint & for-
san ejus nomine contrarerint, licet nec contrahenti nec domino
obligentur, id tamen restringendum ad id quod ipsis nocet, alias
omnino obligantur sc. ut actiones sibi quaestas domino negotiice-
dant; si sc. quid emerint preiumque solverint, nondum verò rem
aceperint, coguntur actionem emitte cedere partim ob generalem
regulam in l. 2. §. 5. de acq. & acq. pluv. arc. partim ob l. 206. de R. I.
quandoque etiam convenire possunt & nisi spontè faciant, con-
demnati ut beneficium restitutionis cedant. l. 24. pr. de min. Brun-
nen. de cess. ait. c. 3. n. 69. & hoc è magis procedit si rem aliquā
ex negocio sint consecuti l. 3. §. 4. de N. G. quo sensu verum est,
quod DD. dicunt pupillum negotia gerere posse. Quod si tutoris
auctoritas accedat, subsistit salvo tamen rest. beneficio l. 24. §. f. C.
de

dereput. qua in jud. &c modo res adhuc sit integra l. 24. §. 2. de min.
v.g. si nihil adhuc ex bonis hereditariis distractum sit; rebus tamē
& hoc casu restitutionem aequē contra repudiatam quam aditam
hered. admittimus per l.f.C. de repud. & abſt her. & d.l. 24. quam
non modo de suo cum Richter. ad autb. si omnes C ſim. ab he-
red. abſt. & Bach. ad Tr. v. 1. d 11. §. 10. lnt. B. sed & extraneo
accipimus propter rationis idenditatem. A factō aliorum
obligatio ſincipit, veluti si communem fundum quidam habent
cum pupillo vel minore, & aliquid in eum impenderint vel
damnum dederint, omnino aequē à parte eorum quam
horum naſcitur obligatio efficax, cum illi ſibi imputare debeat, hi
verò exre magis obligentur l. 46 de O. & A. &c. non tam directo
quam contrario; in quo cum aliis contrariis obligationibns haec
convenit,

§. 35.

*contractus
in genere
excipiunt
actus ult.
marum vo-
luntatum.*

Hæc de actibus inter vivos succedunt actus ultimarum vo-
luntatum: & de his generaliter notandum, quod pupillis eos cele-
brare permisum non sit, § 1. quib. non est perm. fac. test. horum
enim judicium non tam solidum eſt, ut de omnibus ſuis rebus in
perpetuum poſſint diſponere. d. §. & l.f.C. de test. mil. nec cum
auctoritate tutorum, ne ic. teſtamento ab aliorum arbitrio depen-
deant l. 32. de hered. inf. & ſic cum prejudio agnitorum bona
univerſa, in quibus ſacra quoque & familiæ jura continebantur,
transferantur: Bach. add. §. Minores verò generaliter omnes ſive
habeant curatores, cum ceneſantur in ultima voluntate maiores
arg. l. 20. §. 1. d. liber. leg. ſive non; poſſunt cujuſvis generis
actus celebrare, unde ergo liberis ſuis in potestate conſtitutis teſ-
tamento tutores dare poſſunt, quod etiam diſcandum de aliis
actibus arg. l. 110. de R. I. olim tamen hoc faliebat in libertatis da-
tione §. f.I. quib. ex cauſa manum. quod moderatum quodammodo
& media via electa d. §. per Nov. autem 119.c.2. planè abro-
gatum: ſed me judge minus recte; argumentatio enim à teſtamen-
ti faſtione ratione aliarum rerum ad libertatem non procedit; li-
bertas enim nonniſt ob certas cauſas datur § pen. I. quib. ex cauſa
manum. ne ergo promiscuè probus cum improbo, bene cum
male merito manumittatur, praecavendum Reipubl. multi
enim

enim tam mollis sunt cervicis ut libertatem portare nequeant, minores autem proper fragile judicium l. i. demin. & maxime in agone mortis constituti facilimè blanditiis, servorum adducuntur ut libertates concedant; quæ & ratio erat quod jure veteri non omnibus plena libertas dari poterat; hic adjicere opus non est libertimæ revocationi expositos esse hos actus cum & majorum ultimæ voluntates ejus sint conditionis. et. de inj. rupto & irrit. et. l. quib. mod. test. infirm. quod si tamen hodie nonnulla ita comparati sunt, ex statuto forsitan ut revocationi non subjaceant, id in minoribus locum non habere putamus, sed stamus regulæ, quod omne ex quo ipsis laesio imminet sit revocabile. arg. l. 44. demin. l. i. §. 3. cod. v.c. minor donat alteri mortis causa irrevocabiliter, quod salva essentia hujus donationis fieri posse mihi persuasum habeo propter l. 13. §. 1. l. 35. §. 4 de donat. more. caus. N. 87. pr. & c. 1. nihilo minus ope restitutionis hanc evertere potest. vid. Sfort. Odd. d.sr. p. 2. q. 58 art 7. contra actum enim revocabile non datur restitutio, cum sit superflua ad libitum enim potest revocari, sed tantum contra actum non revocabilem, qui alio quam restitutionis beneficiis resfcindi nequit.

§. 36.

Succedunt actus illiciti delicta sc. in his cum DD. secernimus pupillos à minoribus, in illis à pupillo pubertati proximo removemus infantem & infantæ proximum; hi namque à quavis poena excusantur, cù revera quod agant non intelligent nec ius faciant l. 12. ad L. Corn. de Sic. l. 50. §. 2. de furt. l. 5. §. 2. ad L. Aquil. §. 9. 7. de iniur. stip. Carpz. p. 2. q. 82. n. 3. Menoch. de arbitr. jud. c. 329. n. 5. nullus enim adesse potest dolus, cum parum distent à bruitis quoad animi judicium & malitiam; quod si tamen malitia quodammodo in iis reprehendatur, censemus ferula castigandos esse, ad hoc falterna ne delinquere affluecant, si libere remittatur primum delictum. Sfort. Odd. q. 80. art. 7. n. 45. qui autem dicantur pueritati proximi supra c. 1. §. 8. diximus ad quem nos remittimus; licet negari non possit, præsumptionem facere numerum annorum, nemo tamen ex præsumptionibus damnatur l. 5. de per. cum requirantur lucce meridiana clariiores probationes. l. f. C. de prob. l. 3. §. 4. de suff. ius. Ekolt. adi. de publ. jud. n. 5. sed quid si manifestus dolus sit in

item deli-
cta ratione
puelli.

G

puber-



pubertati proximo? non tamen cum puniendum esse ordinaria
pœna statuimus c. 1. 2. X. de del. puerorum, licet ita delinquit l. 111. de
R. I. l. 23 de furt. prater quam quod generaliter aetatis ratio sit ha-
benda in delictis l. 108. de R. I. Ordin. Crim. Car. V. art. 164. etiam
ratio in ipso non tam perfecta est, cum uti bruta ad delicta pergent
quaes malitiosè agunt ut plurimum dum insidiantur aliis animanti-
bus, & hoc tamen faciunt sine certa aliqua ratione, ita etiam non
ita punire debent, ut illi qui ex proærcisi & ratione certa delinquunt.
Carpz. p. 2 q. 82 n. 9. Menoch. d. l. n. 9. nisi tamen circumstantiae
delictum aggravent, quo casu etiam ordinaria pœna locum ha-
bet Ord. Crimin. Car. V. art. 164. Carpz. d. l. n. 19. add. Wissenb.
ad l. 111. de R. I. ubi carpit Gomezium, quod liberaverit quendam
11. annis minorem à pœna monstroſæ Veneris, ejusque victoriā
detefatur.

§. 37.

Ratione minorum distinguimus inter delicta omissionis &
commissionis per l. 2. C. si adv. del. l. 36. ad L. Jul. de adult. l. 14. ad
Sct. Silan. l. 6. C. de his quib. ut indign. licet Bach. Petr. Fab. &
alii cum Wissenb. d. l. hanc distinctionem improbent, in illis enim
veniam merentur, quaes sunt non fateti damnum culpa sua datū & sic
incidere in pœnam dupli; vel asportare merces per loca & non sol-
vere pedagium l. 9. §. 2. 5 demin. non vindicata morte defuncti her-
editatem adire l. 1. C. in quib. can. ref. in int. nisi dolus sit mani-
festus & evidentissimus: in his vero magna oritur controversia an
ordinaria pœna sint afficiendi minores: quod negant quinque &
triginta DD. a Menoch. d. l. n. 12. allegati; per c. 2. X. de Apost. &
reit. bapt. l. 37. §. 3. demin. per Ps. 24. ubi David delicta juventutis;
ignorantias appellat; ubi enim minor dolus ibi delinquens mitius
est puniendus, at minorem ante annum 25. perfectæ rationis ca-
pacem non esse jam didicimus: alii contra affirmant, adducentes
l. 36. ad L. f. de adult. l. 9. §. nunc videndem demin. addentes rationē
quod frustra leges invocet qui contra illas faciat l. 37. demin. l. 1. C.
si advers. delict. & d. Ord. Crim. vide hac latius adducentem
Carpz. d. l. n. 28. & hanc sententiam accipimus pro regula; priorem
autem sequimur si tales circumstantiae ad sint, qua mitigationem
suadeant arg. d. l. 37. §. 3. ex qua apparet tunc demum mitigandam
esse

esse poenam, si sc. imperfecti adhuc sit iudicii. c. f. X. de exēōmm.
 sent. l. 38. §. 7. ad L. Iul. de adulst. siue delictum sit contra ius civile
 sive naturale, reo enim favemus, & eo magis si delictum vel poena
 ipsis fuerit ignota, in minoribus enim præsumitur in consulta ignoran-
 tia. l. 3 ad Sct. Mac. l. 1. & et. de min. l. 1. §. ult. de edend. quan-
 quam ignorantia haec sit culpa, præprimis si sit delictum contra ius
 naturæ, non tamen dolus est, qui essentialiter requiritur l. pen. de
 adulst. l. 53. de fur. quapropter hoc in casu poenam magis miti-
 gandum esse censeo. Berlich. p. 4 cl. 32. n. 33. et p. 5 cl. 41. n. 53. Mar-
 thai & DD. comm. ad l. 108. de R. I. Carpz. p. 3. q. 143. n. 31. seqq.
 Odd. p. 2 q. 80. art. 3. n. 14.

§. 38.

Poenam autem Legis Julij majestatis tenet liberos tam impu-
 beres quam puberes etiam infantes. l. 5. §. 1. & 3. C. ad L. I. maj. ratione u-
 hujs rei quamvis DD. varias congererint rationes inter quas &
 haec sunt: quod sc. 1. summa sit erga liberos charitas, & si quid ad-
 versi contingere observent liberos, sibi ipsis haec potius optent &
 ergo magis patentes quam liberi puniantur. 2. ut amor erga libe-
 ros amiores reddat parentes Reipubl. lex severius in hoc crimi-
 ne excauderit. 3. ne filii vel necē patris ulcisci nec 4. criminis pa-
 ternis vestigiis insistere audeant, cum in filiis paterni criminis ex-
 exempla metuantur. 5. haec poena similis & constituta sit ad exem-
 plum coelestis Regis cuius divinam majestatem cum laesisset Adam,
 non ipse solū sed tota ejus familia morti addicata fuerit Dietrich. ix.
 not. ad Aur. Bull. p. m. 80. nos tamen forsitan non erramus, si simili-
 citer dicimus, id quod liberis infligitur, poenam non esse propriè lo-
 quendo, nec dictas rationes Dd. iniuriam hujus poenæ tollere.
 Puffend. d. 7. N. & G. l. 8. c. 3. §. 33 add. D. TESMAR. Antecessor
 hujus Acad. longè Celebrerimus, in diff. sua de lege irration. §. 13.
 Bach. ad Tr. v. 2. d. 32. §. 1. lit. K.

§. 39.

Hæc de actibus quoad personas pupillorum & minorū ipsas nasitata-
 succedunt personæ aliae quorum priuilegium redundat ad illorum menutpri-
 favorem, ubi distinguimus privilegium jam formatum transferen-
 dum & communicandum, à noviter in aliorum personis forman-
 do; pr. m. subdist. an privilegium magistebus pupillaribus an ma-
 etiam regis dundet.

gis personæ sit quæsitū, prius sine dubio rem comitatur & in quævis transit successorē vid. c. i. §. 16. post verò distinguitur, an sit tale ut in patrimonio esse dicatur annon? & quomodo interdum heredes sc. fidejussiones heredibus, interdum & fidejussionibus quandoque autem nec his nec illis prospicere jam evolutum est in c. i. §. 18. seqq. Noviter formatur alii quando privilegium in aliorum personis in favorem nostrarū personarū & curatores. & officiis item ab aliis tutelis immunes sunt. §. 5. 9 de excus. tñt. quo eo melius pupillis prospiciant, & ne distracti hi se officiis sine culpa sua in damnum incident; quod tamen de tutelis diximus de tribus demum intelligas l. pen. de excus. tut. vel una quidem tantum, sed diffusa ut tribus aliis respondeat. l. 31. §. pen. d. t. imò multi dantur, qui tutelam administrare prohibent ob dictum favorem, ut est administrator fisci; isque qui subjacet alterius ditioni. &c. pass. in 2. I. & ff. de excus. int. 2. in magistris tutelaribus sc. in illis locis ubi proprii ad hoc negocium creantur, insignes enim ex officio capiunt honores & dignitates sic & jure civili causa tutelatis nonnisi majoribus magistris committebarur, quod æque de datione, quam remotione intelligimus: vide Don. 3. com. 7. ibid. Hillig. lit. C. seqq. Bach. ad Trent. v. 2. d. 9 § 3. lit. C. & alias ad §. 4. I de Attic. tut. 3 in tota pupillari familia; perpetuum enim in jure est, ut tota familia referatur ad jura patris. ejus beneficiis fruiatur & forum sequatur, &c. & hoc de liberis & servis constat ex jure civili l. f. §. 3. de mun. l. 5. de rit. nupt. l. 3. 4 ad munic. l. 4. C ubi caus. stat. & DD. rectè ad homines proprios & modernos famulos extendunt, ut non modo fruantur privilegiis dominorum puta foro privilegiato, ne sc. alibi quam in domicilio dominorum conveniri possint. Richter ad auth. habit. C nefil. pro patr. d. 2. p. 39. retinet quidem domicilium suum, tamen quamdiu nostri personis inferunt, fruantur privilegiis dominorū Struv. ad t. de jud. n. 30. in fin. sed & inviti in foro dominorum conveniri possunt. Brunn. ad l. 10. C ubi caus. fisc. Marth. Steph. de jurisd. l. 2 p. 2. c. 2. n. 86. & l. 3. p. 2. t. 6. Hilliger. ad Don. 17. c 28. lit. K. & hoc utilissimam praxis ita nemō qui solam etiam remoto omnijure æquitatem respicit, negabit maximè procedere in casu si famuli in loco contractus (nam ibi nonnisi deprehensis conveniri posse, certum est de moribus nostris.

stris. Gal. 2. Obj. 36. n. 14. Carpz. 2. R. 30.) non deprehenduntur, vel in loco domicilii commodè conveniri nequeant, in domicilio autem domini facilis sit coaventio & executio & præterea res in conventionem deducata inibi deprehendatur.

CAPUT TERTIUM

Comprehendens jus siugulare pupillorum & minorum ratione rerum.

§. I.

Absoluto jure singulari quod circa personas versatur: nunc ex *Ius singula-*
methodi lege pervenimus ad jus singulare circa res versans, *re persona-*
Sunt autē res vel propriæ ipsius pupilli & minoris vel alienæ, illas rum sequi-
distinctim considerabimus quatenus sc. sunt vel corporales vel in-
corporales; ratione harū nihil ferè speciale occurrit nisi circa nomi-
na, & quidē vel acquirenda vel conservandæ amittenda; circa illa vel circa
considerandū i. quod per alīum personis nostris acquirantur, quāvis pup. et min.
enim per alium, procuratorem, negotiorū gestorem &c. non qua- proprias, &
runtur nomina, obligationes & actiones l. 1. versiſi igitur C. per quas quidem i.
pers. nob. acq. l. 72. de proc. l. 54 mand. l. 79. de V. O. l. 18. §. f. de damn. incorpora-
inf. l. 10. §. f. de pæt. id tamen in hisce personis fallit l. f. C. quan. ex les. sc.
fact. tut. nam ipsis per tutores & curatores actio quartitur utilis, nomina
licet etiam sibi ipsis stipulati sint. l. 2. ff. & l. 2. C. d. t. modo exfacto que i. ac-
pupilli & de re ejus contraxerint arg. l. 4. C. eod. sic & actio judicati quiruntur.
in pupillum transfertur si tutor in judicio obtinet l. 6. d. t. sed quid vel contra-
si extraneus d. m. contraxerit v. g. pecuniam pupillarem mutuō de- hendo per
derit nullam inde actionem queri nos cum Carpz. p. l. 6. 28. d. 109. tutores.

Montan. d. tr. c. 31. eff. 4. n. 7. putamus: illud omnino facile est quod
tutori contractus de re vel negocio pupillari nocere non debeat,
& ne quidem quod ex inconveniatur tutela finita & in eum execu-
tiō fiat l. 5. §. 1. ff. l. 1. C. d. t. durante verò tutela convenientur quidem,
sed tantum ratione offici, ut condemnatus ex pupillari pecunia
solvat l. 2. de adm. tut. sed si antequā satisfaceret tutela finita fuerit,
actio judicati contra eum non datur sed contra pupillum institu-
enda. l. pen ff. l. 1. C. quan. ex fact. tut. l. 26. C. de adm. tut. l. f. C. de
peric. tut. quod tamen in falso tuteure fallere ex Ant. Fabro recte

tradit Brunnem. ad l.f.C d.e. ubi addit actorem probare debere cum vero tutor e sive fuisse item agitata, non tamen illic tutori asserenti se de re pupilli & ejus nomine, non vero proprio contraxisse creditur, sed id nisi ex ipso negocio appareat, probare debet. eleganter de his Carpz. 5. R. 77. Berlich. dec. 13. 14. 15. 71. seqq.

§. 2.

*quod fallit
1. si dolosè
contraxere.*

Neque etiam quod de contractu nomine pupilli celebrato tradidimus indistincte verum est, sed fallit si tutor dolosè contra-
xit vel culpam in contrahendo commisit l.3. & 4. d.t. nisi pupillus factus locupletior & tutor solvendo sit, ut pupillus ab eo indemnisi fieri possit, l.1. 3. & 4. d.t. quo tamen post casu pupillus liberatur cedendo actori actionem adversus tutorem l.f.de adm. tut. Struv. ad d.t.n. 48. fin. dolum autem & culpam etiam subesse putamus, si tutor sciat pupillum non esse solvendo & tamen ejus nomine contrahat. Berlich. dec. 73. si pecuniam nomine pupilli acceptam in rem ejus non convertat l.3. C.d.e. Carpz. 5. R. 78. multo magis tutor solus tenebitur si delinquit in negocio pupillari gerendo v.g. si pupillarem pecuniam arrestatam exigit, tunc enim in poenam violati arresti incidit, & tenetur ipse hanc pecuniam restituere, vel executionem pati debere, etiam si in pupilli substantiam rem converterit. Mev p. 4. dec. 122. quo etiam pertinet si tutor temerariam item moverit, vel excepit ex qua in expensas condemnatur, has enim non ex pupillari sed sua substantia sumere debet l. 6. C. de adm. tut. hoc refero si tutor litise offerat vel rem pupilli possideat, nec exhibeat l.7. pr. §. 1. quod fals. tut. l. 2. de adm. tut. fallit 2. si se suo nomine obligavit de quo tamen vid. Mev p. 1. dec. 226. & 228. vel ad minimum bona sua. l.9. C de prad. min. Hart. Pif. ob. pract.

2. *si suo nomine obliti-
gavere*

20. Berlich. d. dec. 14: seq. vel in re cum pupillo communis contra-
xit Brunnem. ad l.5. d.t. sic & 3. si pro pupillo fidejussit, vel man-
davit alterius ei credat. l.6. mand. Brunn. ad d.l.5. & d.l.6. mand.
an ex subscriptione instrumenti teneatur tutor vel curator queritur? & R. negando si nomine pupilli & minoris subscribunt, secus vero si nomine proprio arg. l.6. §. 1. de N.G. 6. desidej. l. 14. C. si cert. pet.

*vel elocādo
fanori.*

§. 3.

Secundum quod circa nominum acquisitionem occurrit, est quod tutores & curatores personis nostris ad nonnulla singularia obli-

obligati sunt quae alii rerum alienarum administratores non praestant, sic enim debent i pecuniam pupillarem fœnori elocare l. 24.
C. de adm. tut. l. 7. §. 2. & 3. l. 10. 13. 33. eod. dummodo non potuerint in emitionem prædiorum bona conditione impendere. l. 4.
C. de adm. tut. l. 5. eod. alias enim causa emisionis præferenda, eo magis si pecunia jam ad ejusmodi conditionem à patre pupilli destinata sit. l. 4. & 5. *de adm. tut.* sed quid si pecunia non fuerit bene impensa? de lata tantum culpa tenetur. cum fecerit id quod lex jubet l. 7. §. 2. eod. & hoc in negotio etiā prudentes falli possunt: quod tamen hodie vix obtinere tradit. *Brunn. add. d. l. 7.* quod si verò pecuniam elocaverit, nec impenderit in comparationem prædii utilis, si commode potuit; ad usuras tenetur. *d. leg.* quas quamvis N. 72. c. 6. aliqualiter correxerit tamen hanc Nov. nunquam in usū venisse *D.D. comm.* tradunt inter quos *Cottmann v. 4. p. 9. n. 69.* *Brunn. add. d. l. 7. ubi alleg. & ad anib. novissimi C. de admin. tut.* ubi addit ex *Carpz.* rationem, & in fine dicit quod hoc nil possit tutori imputari, quod non elocaverit: quod tamen vix admittendū sufficit enim quod culpa vacet in elocando & exigendo in tempore; vix etiam damnum metuendum si hæc absit; elocare autem potuisse, dicitur etiam tum, quando tutor propriam pecuniam fœnori dedit & pupillarem postposuit d. l. 10. & 33. *de adm. tut.* quod tamen recte limitat *Brunn. ad d. l. 13.* sed quid si ipse opus habuit pecuniā & ab alio mutuo accepit, queritur an teneatur propterea quod pecuniam pupillarem non acceperit & sibi adscripsit? id negandum videbatur quia tutor cum pupillo contrahere nequit, nec in propria causa auctor fieri §. 3. *I. de anib. tut.* l. 5 §. 2. eod. rectius tamen affirmamus, partim 1. quod ratio in contrarium adducta non procedat, si palam & publicè tutor contrahat, multominus si aliorum auctoritatem adhibeat; partim 2. quod diversum hic obtingat ideo quod tutor non agat de pupillo obligando & ejus conditione deteriorando, nec re ejus alienanda quam potius id faciat quod leges jubeant & ejus conditionem meliorem reddat; hoc autem cum facere commode possit & omittat, capropter tenetur, consentit aliqualiter *Brunnem.* ad l. 9. & 45. *de admin.*



debitorita-
 men idoneo si tutor in culpa est puta si idoneum debitorem deprehendere,
 vel mercator ad partem honesti lucri securè tradere potuit arg. c.
 7. X. de don. int. vir. & ux. Raachba. p. 2. q. 26. Harr. Pistor p. 1. q.
 39. n. 24. Cottm. d. l. non enim debet cuilibet vilissimo & levissi-
 mo homini credere, & si credit inidoneo, periculo suo facit, de-
 bet etiam culpa vacare exque in elocando quam exigendo & ita
 contrahere ut integra nomina salva sint. Mev. p. 4. dec. 1. quod si
 ergo debitor vel ab initio solvendo non sit vel solvendo esse defi-
 nat, periculum tutoris est, cum debuisse fidejussore vel pignore
 sibi prospicere, vel in tempore creditum repetrere, diligens enim
 paterf. ita credit & credita exigit: & talis diligentia etiam à turo-
 re exigitur l. 10. de adm. tut. & quidem non remissivè sed extensivè
 Brunnem. add. d. l. 10. cum ibi allegat. non tamen à die delatae tute-
 lae usuras statim prestare debet, licet statim sese commoda elocandi
 occasio obtulerit, sed post lapsum demum 6. mensium si noviter
 tutor constitutus sit, vel duorum si tutor jam fuerit & pecuniam
 receperit l. 15. l. 7. §. 11. de admin. tut. Brunn. add. d. l. quod intelligi-
 mus si post lapsum horum mensium denuo commoda occasio sese
 obtulerit: prior enim mora & culpa ipsis non nocet, imo ante hoc
 tempus in culpa esse non dicuntur d. r. consequenter nihil etiam
 ipsis imputatur; & haec longè expeditius procedunt, si tota pupilli
 substantia in pecunia vel aliis rebus mobilibus constat, ut non
 habeat unde vivat nisi ex ipsa substantia, tunc enim omnia mobilia
 distrahenda vel etiam immobilia qua sterilia sunt & pecunia inde
 redacta frœnori elocanda. N. 72. c. 9. quamvis autem in ejusmodi
 distractionibus tutor utilitatem pupilli semper respicere & inten-
 dere debeat, non tamen tenebitur pupillo si frumentum non ser-
 vaverit usq; dum carius vendi possit cum hoc valde incertum imo
 sperare in humanum sit; nec in eum locum mittere ubi plus valeat
 l. f. §. f. C. de admin. tut. & utile est si dies in quo res venduntur scri-
 buntur: alioquin precio quo plus valueret eo mense vel anno in quo
 venduntur, illi supputabuntur, si non constet quo die vel mense
 sit venditum. quod si autem non modo non elocaverit pecuniam,
 sed in usus suos convertit, tenetur ad centesimas usuras d. l. 7. §. 8.
 dc

de versione a. constare debet. *Carpz. p. 2. cōſt. 30. d. 30.* debent præterea tutores & curatores usuras pupillares exigere & exactas de-nuo impendere; si ergo hoc neglexerint [modo tamē potuerint tu-to. *Richt. dec. 13. n. 7.*] multo magis si in ſuam utilitatem converte-rint, ad uſurarum uſuras tenentur, cum hæ uſuræ apud eos vera fors-unt d.l. 7. §. 11. l. 58. §. 1. & f.de adm. tut. *Berlich p. 2. dec. 268. n. 10.* seqq. duobusverò prioribus casibus per modum intereffe damnum datum refarcire debent; quod si à ſeipſo uſuras non exegerint an ad harum uſuras teñantur? affirmantium rationes proponit *Brunn.* ad l.7. & 24. seq. de adm. tut. & *Berlich. d.l. n. 13.* quibus & nos sub-scribimus: negantium *Carpz. p. 2. conf. 30. d. 32.*

§. 5.

ad justas

Tertio circa nominum acquisitionem consideranda eft co-uſuras, que-rum acceſſio & incrementum ſc. uſurarum: debentur enim pupil-debentur e-lis & minoribus uſuræ etiam non promiſſæ, licet nulla mora à de-tia non pro-bitore admittaſſa l.17. §. ſi pupillo de uſur. l.3. C. in q. cauſis reſt. in in-miſſa. tegr. neceſſ. cum illis ex re mora fiat, conſequenter hoc obtinet tantum in illis cauſis ubi ex mora uſuræ debentur, & poſtit illis re-quisitiſ, quæ alias moram inducunt, unde nec ex contraſtu ſtricti juris, nec ante traditionem rei venditæ à minore, nec ſi ipſe debitor minor eſt, nec ſi minor majori ſuccedit, uſuræ debentur: *Brunnem.* ad d.l.3. *Carpz. p. 2. c. 30. d. 22 seq.* quamvis autem in hoc privile-giati ſint pupilli & minores, in modo tamen uſurarum nil ſpeciale inducūtum eſt, iis enim non concedendum, quod aliis creditoribus ſeveriſſime prohibitum eſt. *Carpz. p. 2. conf. 30. d. 3.* unde ultra quinquecunxes per *Rev. Imp. de anno 1530. t. von wucherlichen con-tract. &c.* exigere nequeunt.

§. 6.

2. conſervā-tur à debi-toribus ido-neis non e-xigendo.

Circa conſervationem nomiñum notandum 1. quod quam-di uſuratores ſolvendo ſint & idonei maneant, debita maximè uſu-taria ab iis exigere tutores & curatores nequeant, & ſi exigant ſuo periculo faciant. l.2.4. C. de adm. tut. quod ſi verò facultatibus labi incipient debitores, exigere debeant & tandem ad venditionem pi-gnorū procedere, alias periculo eorū nomina manent. l.18. C.d. 2. licet hæc à patre pupilli contracta ſint l.2. C. arb. tut. modo tamē pupillus probet, hoc caſu tempore uſcepta tutelæ idonea fuiffe;

H

ſed

sed quid si negligentes in exigendo sint, & interim debitor facultatibus labatur, quam culpam praestent? quer. & recte R. DD. dist. inter nomina paterna & ab ipsis tutoribus vel curatoribus nomine nostrarum personarum contracta; ut in pr. tantum culpam latam l.2. C.arb. tut. modo pater hoc animo crediderit, ut pecunia apud debitorem maneat, praestitis annuis usuris, secus si crediderit ut statim solvatur, tunc enim tutores non exigendo & relinquendo pecuniam apud debitorem censemur de novo credere, adeoque de levi culpa tenentur. *Mev p.4.d.11.* post. verò casu praestent levem non tantum in exigendo sed & contrahendo v. g. li illi credere cui providus paterfamilias crederet non solet l.7. C.arb. tut. adeoq; hoc casu probare debent, debitorum tempore contractus fuisse solvendo l.1. §. 13. de mag. conv. & sic pupilli negligentiā tutorū factū fuisse debitorem non solvendo allegans id probare non debet l.57. pr. de adm. tut. quod si autem tutores extra culpam sint nullum etiam periculum subeunt l.37. §. 50 d.t. *Carpz. 5* R. 70. *Hartm. Pistor. l.1.q. 49.* *Montan. d.tr.c 39.n.21. 2.* debet tutor non impedit solum in nomina tempore pereant, sed & præterea facere, ut perpetua fiant, ex temporali nimurum actione perpetuam item contestando, interpellando &c. reddere debet Br. ad d.l. de adm. tut. & hoc non modo adversus alios debitores sed & adversus seipsum, quod enim contra alium pupilli debitorem id etiam contra se præstare tenet. l.9. §. 2. de adm. tut. *Mont. d.tr.c. 32.r.* 9.n.26. seqq. quo ipso tamen non impeditur ne pupillo solvat, cum hoc etiam alii possint, si verò nemo adsit qui recipiat solutum ipse ad effectum plenæ liberationis deponere debet pecuniam l.28. §. 1. de adm. tut.

amittuntur

vero pre-
scriptio; inter DD. questionis: an contra pupilos & minores currat præscri-
que non
procedit
contra pu-
pilos:
nec mino-
res nisi

Amissionem absolvemus enodatione difficilis & vexatissima
scriptio: quoad illos quidem res videtur expedita, sc. quod nulla præ-
scriptio nec longi nec longissimi tempotis nec incipiatur nec cepta
currat per l.48. de A.R.D. l.3. C. de præscr. 30. annor. l.10. quib.m.
serv.am. l.2. & 15. pro ente exc. casu l.4. §. 24. de dol. & met. exc.
& l.un. C. si adversus usuc. quoad hos verò res longè difficultior, &
quamvis nonnulli usucaptionis cursum si jam cepta sit admittant,
salvo

§. 7.

salvo tamen beneficio restitutionis: verior tamen mihi *Struvii* sententia videtur ad t. de usuc. n. 6. quod sc. nec incipiat nec currat ulla contra eos præscriptio, & ne quidem temporalis ex. casibus quibus etiam contra pupillos i. usucatio procedit arg. d. l. 2 §. 15. pro em. & 2. excepta præscriptione 30. annorum l. 3. C. de prescr. 30. annor. & nonnullis temporalibus quas refert *Struv.* d. l. & certis re-gulis includit *Brunnem.* ad l. 5. C. in quib. caus. in int. rest. add. l. 3. & f. C. d. t. l. 3. C. quib. non objic. long. temp. prescr. l. un. C. si aduersus usuc. l. f. C. si major fact. alien rat. hab. c. i. X. de rest. in integr. ibi q. Gl. & Panormit. in c. constitutus X. eod. Bach. ad Tr. v. 2. d. 2. §. 3. lit. G & H. ubi ad contraria respondet & ad ap. t. de min. c. 7. n. 3. & c. 14. n. 3. Ekolt. ad t. de usuc. §. 10. Sfort. Odd. q. 88. art. 3. Donell. l. 21. c. 9. & 12. alia ab hac est quæstio, an minor contra præscriptionem 30. annor. restituatur: quam distinctione decidit *Brunn* ad d. l. 3. C. de prescr. 30. ann. an incipiat contra minorum an vera contra alium cœpta perficiatur contra eum: & pr. causa negat. post. verò affirm. add. Carpz. p. 2. c. 9. d. 2. Am. Faber. in Cod. l. 2 t. 20. def. 2 n. 4. §. 8.

Succedunt res corporales, quæ sunt pupillorum & minorum 2. Corpora-
vel pleno vel minus pleno jure, puta quod tantum dominum utile les que vel
vel aliud jus in re habeant; illas itidem in conservatione & amissione pleno jure
ne considerabimus, de pr. constat, quod facilius harum perso- illorū sunt
natum res serventur propter multas sollemnitates quæ ad illas alie- & acqui-
nandas requiruntur; ut ex §. seq. videbimus: in acquisitione nil spe- runtur
ciale occurrit, nisi quod inter D.D. i. quæstio moveatur, an domi- ex nudo
nium ipsius acquiratur sine traditione ex nudo pacto sive contractu pacto.
quod affirm. lubet arg. l. 23. C. de SS. Ecclesi. ibi enim datur hoc singu-
lare Ecclesia, que minoribus æquiratur arg. c. i. X. de rest. in int.
& argumenta ab Ecclesia ad nostras personas & viceversa proce-
dere bene docet Everhard à Middelb. in locis suis legal. de pupillo,
ad Ecclesiam & c. 2. quod res pecunia eorum a tute vel curatore
emta vel alteri comparata ipsiis acquirantur. l. 2. quand. ex fact. tut. etiam per
licet alias res emta pecunia aliena ejus fiat, qui eam emit suo no- alium licet
mine l. 5. §. plane de tribut. att. l. 3. C. prosoc. & hoc procedit etiam suo nomine
si nomine non pupilli sed proprio tutor vel curator comparaverit, emerit.

H 2

licet

licet contrarium dixerit, ne duplicitis culpae reus fiat & propriam turpitudinem alleget. *Mascard.* cl. 38. n. 2. *Menoch.* l. 3. pr. sumt. 49. n. 5. habet tamen pupillus & minor etiam actionem personalem ad pecuniam cum usuris maximis restituendam si non vulnus habere l. 38. de *N. G.* ut ita sit in ejus arbitrio quam eligere velit, imo concurrit cum R. V. etiam actio hypothecaria l. 7. qui por. in pign. hocque favore nostrarum personatum l. 3. de reb. cor. quisab. tut. *Zoës* ad t. qn. ex fæt. n. 1. *Hahn* ad *Wesf. eod.* n. 2. nil itaque prohibet ipsis & hypothecam & dominium non quidem simul sed alternativè competere *Carpz.* p. 2. cons. 11. d. 21. & p. 1. e 28. d. 109. dantur & alii casus quibus iis acquiritur vel pretorios solum ut in l. 3. C. de acq. poss. l. 32. § 2. eod. vel etiam sine tutori iis ignorantibus ut in l. 1. § 5. de acq. poss. l. 28. de resuc. l. 6. de *A.R.D.* l. 16. de *O. E. A.*

§. 9.

Amittuntur v. alienum Ad amissionem verò & alienationem multæ solemnitates re-
tur v. alie- quiruntur; & quidem 1. tutoris & curatoris auctoritas. l. f. § 1. au-
natione ad tem C. si propter publ. penit. *Wesenb.* ad t. de reb. cor. n. 4. 2. ut subicit
quā requiri- as alienum urgens (quo dicitur si creditoris assidue instent, pre-
ritur l. tu- mant, & impellant ad solvendum. *Menoch.* l. 2. arb. quæst. o. 171.
oris & cur. n. 6. seqq. *Mont. d. rr. c. 33. n. 26*) l. 13. ff. l. 12. C. de reb. cor. aliâ enim
auctoritas. etiam si fiscale debitum & fiscus non instet nec urgeat solutionē
2. ut urgeat l. f. C. de pred. min. *Menoch.* d. l. n. 66. alienatio non procedit; ita
as alienum. & non sufficit quod causa allegetur, sed probari debetur, unde &
à judice approbata postea falsa reperta nullam facit alienationem.
l. 5. C. d. t. l. 1. C. si ex falf. alleg. *Brunn.* ad d. l. 5. securus est in manu-
missione à minore facta. § 6. 7 quib. ex caus. manum. sola ergo utili-
tatis causam alienationis justam non facit d. text. ubi exceptio de
necessitate firmat regulam in casibus non exceptis. *Roland.* à *Valle*
vol. 3. cl. 7. n. 26. sed quid si res sint inutiles, & pro iis possit fundus
utilis comparari, quamvis id negetur. *Brunn.* ad l. pen. d. t. cum ibi
alleg. & equior tamen est sententia affirm. *Struvii* ad d. e. n. 84. eo magis in casu si in illas res non cadit affectio, vel si alius pupillus &
minor res suas, proptet ea quo d nullus fructus vel redditus habe-
at, ex quibus vivat distrahere & ex pretio vivere debeat, unde &
ipse *Brunnen*. in arb. noviss. C. de adm. tnt. vult, ut res mobil es
distrahantur, & precium in comparationem prædiū vel in usuras
collo-

collocetur. 3. requiritur ut judex cognoscat de causa alienationis 3. causa co-
vera ne sit an non, & an aliunde res alienum solvi possit, ut & de
alienationis modo, an se expediat obligari revocabiliter an irrevo-

cabiliter, distrahi pro parte an in totum; item objecto, res ne
mobilis an immobilis, corporalis an incorporalis distrahenda, & ne
plus distrahatur quam opus sit ad exsolutionem debiti *Gail. 2. obs.*

72. Klock. v. 2. consil. 51. n. 15. uti hoc tradit eleganter *Ictus in l. s.*
§. 9. d. t. l. 13. ff. & l. 12. C. eod. non enim solius tutoris allegationi
judex credere, multominus sine causæ allegatione & sola utilitate
prætensa decernere debet, & si decreverit decretum est ipso jure
nullum. *Carpz. p. 2. consil. 11. d. 28. n. 11. seqq. Ric. dec. collect.*

345. cum non in mero prætoris arbitrio politum sit an approbare
velit *Mev. p. 5. dec. 34.* ubi effectum hujus asserti tradit; inde etiā
fit quod decretum ad libellum scriptum nullum sit *l. 6. & 8. C. d. 2.*

4. requiritur judicis decretum, & ejus sollemnis interpositio *l. 6. & f. C. d. t.* vel speciale rescriptum Principis *l. 2. C.* quando decretum non
est opus, in quo tamen præcedat causæ cognitio necesse est; non
autem refert an in continentia post contractum decretum impe-
tretur an ex aliquo intervallo; hæc enim alienatio ex intervallo ra-
tificari potest. *Berlich. p. 1. dec. 149.* Quis autem judex sit compe-
tens? *DD.* quarunt non attento quod *Brunn. ad l. 5. C. d. t.* judicem *judicis com-*
reistæ non admittat; nos sententiam contrariam Berlichii p. 1. dec. Petensis.

29. Sichard. ad l. 1. C. de contrah. emt. veriorem esse putamus,
& judicem rei sitæ æquè quam domiciliæ & administratæ tutelæ
admittimus, & quidem ita ut præventioni & electioni sit locus:
quod quodammodo etiam concedit *Bry. ad l. 16. C. d. t.* illud ad-
huc queritur an decretum interpositum ad oppignorationem ad
alienationem & contra extendatur? quod negatur per *l. 7. §. 3. de reb. cor. v. Hartm. Pift. p. 1. q. 15. n. 56. seq.* nec obstat *§. 1. d. l.* loqui-
tur enim de alienatione necessaria non voluntaria, prohibita enim
est alienatio, qua sit à tutoribus & curatoribus; non vero qua sit
ab aliis jure suo alienantibus, puta magistratu executionis gratia,
pignus capiente & creditore illud distrahente. *l. 1. C. d. t. l. 3. §. 1.*
ead. d. l. 7. §. 1. Menoch. d. l. c. 17. l. n. 71.

4. decretū.

s. ut fiat pu- s. Requirunt; ut distractio fiat publicè & sub hasta præce-
blicè & sub dente licitatione l.7. §.8. de min. Menoch. d.l. n. 27. Afflict. dec.
hasta. 249. n. 2. hoc tamen non semper servari; ex Carpz. tradit. Brun-
nem. ad d. l. 5. C. d. t. unde queritur; an tutor vel curator ipse
& ita tutor emere possit: & licet regulariter contractus inter pupillum & tu-
torem celebrari nequeat, ne tutor sibi ipsi sit auctor, & ne quidem
emere po- palam, ut vult Struv. ad t. de auct. tut. n. 43. per interpositam per-
test. sonam l.5. §. 2. de auct. tut. hoc enim fraudem arguit Mafcard. de
prob. cl. 532. n. 173. Cravet. v. 4. consil. 122. n. 10. hanc tamen emti-
onem ex decreto maximè si adsit contutor, qui auctoritatē interpo-
nit procedere existamus cum Brunnem. ad d.l. 5. partim quod
magistratus hic tutoris officium supplet Carpz. l.5. n. 68. n. 11.
partim quod fraus cesseret si adsit contutoris consensus Menoch. l.2.
c. 5. & 459. add. l.4. 5. pr. de auct. tut. Montan. d. tr. c. 30. n. 82.
imo generaliter videtur indistinctè tutorem palam ex consensu
contutoris quemvis contractum cum pupillo celebrare posse per
trad. supr. & ea qua habet Brunnem. ad d.l. 5. id vero inde longè
facilius est quod rem justè & sollemniter alii venditam si vendi-
tor in mora solvendis sit, tutor recipere possit & sibi servare, si pre-
cium de suo in pupilli utilitatem converterit l.5. 6. de adm. tut. non
enim nova tunc celebratur emtio sed antiqua servatur, & non tam
emtoris vice fungitur quam ex necessitate emtori substituitur
Hill. ad Don. l.3 c.12. lit. I.

§. 11.

6. res im- Res quæ ex decreto & observatis sollemnitatibus supra tradi-
mobiles & tis dénum alienari possunt, olim quidem tantum erant prædia ru-
que iis si- stica; ex constitutione vero Justiniani adjecta suburbana imo
miles. omnes res sive sint immobiles sive mobiles modo sint servando
servabiles [quales sunt iuxta Gl. in l.1. C. si adversus sic quæ ultra tri-
ennium durant] l.22. & f.C. de adm. tut. & pass. tt. &. & C. de reb.
cor. haec enim immobilebus in hac materia comparantur, multo ma-
gis si immobilebus coherent Gl. in c.8. X. de his quæ sunt à prelat.
Mont. c. 33. n. 14. seqq. Brunn. ad l.7. de contr. tut. act. quæ vero non
sunt servando servabiles etiam ab uno tute reconsultis reliquis
alienari possunt, sive 2. sint corporales sive incorporales, haec enim
quoq;

quoque pro immobilidus habentur. Eckolt. ad t. de rer. div. n. 16.
non potest ergo pupillus nomen in solutum dare Berlich. p. 2. dec.
296. ubi & contraria diluta ; quæ diximus de interdicta alienatione
sine decreto in tantum obtinent ut ne quidem patronus vel habile.
pater alienare possit si libertoru vel liberoru sit curator. l. 7. §. 2. ff. l.
11. C. d. t. secus si sit administrator Covarruv. l. 1. var. res. c. 8. n. 6.
Gail l. 2. O. 72. n. 14. tunc enim majorenis pater ob necessitatem
sine decreto recte alienat Afflct. dec. 393. n. 2. seqq. hoc tamen non
impedit , quo minus pater jubere possit testamento predium
alienari ita ut tutor sine decreto alienare possint. l. predium. C.
qn decr. non est opus. quod adhuc procedit , licet irritum sit patris
testamentum l. f. de reb. eor. add. Brunn ad d. r. sed an etiam contra-
etum jubere possit Aff. Brunn ad l. 1. C qn decr. non est op. ubi ad-
dit hoc fallere si pater tantum voluerit non vero vendere promi-
serit ; unde tamen non sequitur , quod pater quæ ipse alienare ne-
quit alii imperare possit ut vult Vasq. de success creat. §. 10. n. 80. &
Brunn ad l. 7. §. 2. d. t. Quæ de nullitate actus diximus vera sunt ,
non modo si minor qui curatorem habet rem suam alienavit cum
ejus consensu , vel contra curatorem cum minoris consensu , sed & si
minor qui veniam aetatis imperavit sine decreto vendidit
l. 2. 3. C. si maj. fact. l. 2. & 3. C. de his qui ven. aetas. imetr. licet
enim venia tollat restituzione m non tamen tollit nullitatem actus
Montan. d. tr. c. 33. n. 76. immo adhuc si minor curatorem non ha-
bens vendidit arg. d. l. f. C. si major fact. Brunn ad d. l. ad contrar.
Zof. diff. adt. de min. n. 46 seqq. interrogati respondebimus.

§. 12.

In quibus autem alienationum speciebus , & in quibus rebus
obtineant dicta nunc videndum ; & sc. generaliter in omnibus aliena-
tionibus obtinere assendum est , sive fieri i. per venditionem l. 2.
per permutationem , etiam si hæc manifestè utilis sit , utilitatem enim
solam non sufficientem esse jam diximus , sive 3. per transactio-
nem ; licet enim tutor ad servandam rem transfigere possit. Mon-
tan. d. l. n. 247. non tamen id potest ad alienandum Gail. 2. obs. 72.
nisi jus pupilli sit valde dubium vel de prædio quod non possidet.
Menoch. l. 2. c. 171. n. 74. Montan. d. tr. c. 38. n. 289. quam poste-
iorem limitationem vix admittere possumus ; cum ratio prohibita
aliena-

sive fiat per
vend. per-
mutationem
transactio-
nem



alienationis non tam à possessione quam potius jure pupilli sit defumenda. Sive 4. per solutionem arg. l. 13. de reb. eor. f. 5 per donationem in dotem; vel donationem propter nuptias vel sponsalitiam largitatem l. 8. C. d. t. arg. l. 22. C. de adm. tut. Petr. Barboſi. in l. 6. fol. mar. quod adhuc procedit si maritus minor dotem accepit, licet enim tunc donationem propter nuptias constitutere debent, inde tamen non sequitur, quod id sine decreto facere possit. Sive 6. per donationem simplicem, sed vix hoc admittendum erit nisi concurrant cause ob quas donatio hæc subsistat, cum hæc ne quidem ex decreto valeat. per trad. supr. c. 2. §. 19. Sive 7. per divisionem rei communis, dummodo ipse minor provocet, est enim alienationis l. 1. C. f. advers. transact. & venditionis species l. 1. C. comm. utr. jud. quod si verò socius major provocet, divisio sine decreto fieri potest l. 17. C. de pred. & al. reb. l. 1. §. 2. eod. præsentia tamen curatoris requiritur. Carpz. p. 3. c. 15. d. 44. & l. 5. r. 68. Menoch. d. l. n. 35. Sive 8. fiat per totalem sive partialem alienationem quod enim juris in toto id etiam in parte f. 9 per dominii translationem & alterius juris in re constitutionem, sic nec servitus imponi potest prædio minoris l. 35. §. 5. C. d. t. Tiraquèl de rer. lign. §. 1. Gl. 7. n. 55. seq. nec in emphyteusin dari, vel contractus libellariorum initii, nec anniui reditus constituti, hæc enim omnia immobilia sunt, vel pro illis censentur. Mont. dirr. c. 38. n. 108. nec hypotheca conventionalis constitui per l. 7. §. 3. de reb. eor. l. 5. §. 5. eod. Colleg. Argent. ad t. de pign. n. 7. æque enim oppignoratio est alienatio quam venditio d. leg. 17. §. 1. eod. Carpz. p. 2. const. 23. def. 18. Menoch. d. l. n. 30. Sed quid si minor rem emit in qua vendor sibi hypothecam reservare vult an decreto opus sit? quæritur, missa Zoëfir affirm. ad tis. de reb. eor. n. 7. sententia, approbamus Klockii v. 2. cons. 42. n. 120. distinguunt, an in ipsa venditione sit hypotheca reservata, an verò post traditionem & postquam dominium minori quæsitum: ut pr. casu omnino pignus sine decreto consequetur vendor, cum non tam à minore constituantur quam à venditore servetur; post, verò opus sit decreto & ita intelligimus l. 1. §. f. de pr. verò casu l. 2. d. t. add. Men. d. l. n. 31. Rauchb. p. 1. q. 6. n. 4. quomodo enim alias fieret, ut vendor reservata sibi hypotheca in re vendita præferretur illi, qui hypothecam anteriorem generalem habet

habet, quod tamen cum Gail. 2. O. 12. n. 4. Wissenb. v. 1. d. 49. §. 8.
spje Zoëf. ad t. ff. qui pot. in pign. n. 7. admittit & ex l. 7. C. qui pot.
in pign. probatur: licet fateamur, si rationes Zoëf. ex subtilitate
juris examinemus; contrarium dicendum esse, nisi etiam constet
in materia pignoris maula ex æquitate esse recepta quaæ alias stri-
cto jure non valeant; quod de pacto pignoris diximus, etiam in pa-
cto retractus, alterius juris æque in re quam ad rem obtinent, fa-
tente Zoëf. d.t. in hypotheca vero legali nullo decreto opus est non verò lex.
cum ipso jure constitutatur sine ullo minoris facto, quæ verò ita galem.

fiunt decretum non desiderant, lex enim majorum & minorum
res æqualiter afficit. Mantic. de tac. & ambig. conv. l. II. t. 21.

Mont. d.c. 33 n. 436. atque ita etiam invecta & illata in prædium
urbanum minore tacito pignore afficiuntur, etiamsi curatoris
consensus non accesserit locationi, modo sit locupletior factus ut
recte sentit contra Vinn. & alios Struv. ad t. in quib. caus. pign.

n. 15. in f. Præterea etiam 9. hoc procedit in repudiatione rei repudiatio-
legata l. 3. §. 8. de reb. cor. Berlich. p. 1. dec. 51. n. 4. Perr. Fab. ad l. 78. nem legati.
de R. Limò etiam 10. si nostræ personæ promittendo tantum aliena-
tionem se obligent l. 7. C. de pred. min. quamvis enim aliud sit
alienare aliud se obligare, quia tamen hæc obligatio in alienatio-
nem directa sit minori interdictum.

§. 15.

Quod si autem de facto alienatio non sollemniter facta fue- his non ob-
rit & vel unum horum requisitorum omissum totus actus nullus servatis a-
est. l. 22. C. de adm. tut. ut ex Carpz. notat Eckolt ad t. de reb. cor. lienatio est
ita ut pupillus vel minor dominus maneat l. 15. de pred. min. Carpz. nulla & ha-
p. 2. conf. II. d. 29. adeoque alienatum vindicare possit cum fru- bet pup. &
etibus omnibus etiam industrialibus & consumis, si possessio sit min. vel
m. f. Brunn. adt. C. si quis ignor. rem. Ricc. dec. collect. 345. Carpz. p. vindicatio-
2. c. II. d. 29. si five possessor sit primus, five secundus, dum enim nem
primus nullum jus habuit, etiam in secundum nil transferre potuit.
l. 3. & 4. C. si quis ignor. rem min. esse. &c. & quidem vindicatur
absolutè ut onus post alienationem impositum non noceat Carpz.
p. 2. dec. 195. rei enim alienæ nec potest pignus vel aliud onus im-
poni, ita ut nequidem precium refundere teneatur modo rem vin-
dicer. à m. f. possessore. l. 4. 10. C. de pred. min. fecus si à

I

b.f.

S E

b.f.possessore; ab hoc siquidem etiam tertio, qui cum minore non contraxit repeti rem posse verius est (minor enim indemnisi servandus & licet primus emtor solvendo sit, minoris tamen interest habere rem suam ut in simili materia restitutionis argumentatur Bach.ad v.g.c.10.n.3.) hic tamen opposita dolii mali exceptione minorem repellit; si pretium cum usuris ut & summus sibi utiles, non restituere, l.27. §.1. l.47. §.1. l.39. §.1. de min. c.1. X. d. e. f. nisi impensa minori magis damnosus fuerint l.25. de pign. act. cessante enim locupletatione cessat etiam repetitio Odd p.1.q.47.art.6.n. 30. vel etiam compensari l.1. §. 4. de contrah. art. l.40. §.1. de min. Zoëf.t.de min.n.f. Mer p.3.d.170. (ubi & de reconventione quæda tradit.) quam compensationem minor etiam invitus admittere cogitur arg. d.l.1. dummodo prober id in rem minoris esse versum. l.14. de reb. eor. l.16. 13. eod. secus in restitutione in integrum. Simonc.de decr. l.3. t.7.n.17. Mascard. concl. 1167. add. Struv. ex. 8. §.48. Brunn. adt.C. si advers. credit.

§.14.

Sed & an usuras præstare debeat si pecuniam otiosam habuit? queritur nos negamus cum non teneatur ultra locupletationem l. 27. §.1. de min. quamvis enim emtor potuisse usuras percipere, & præterea fructus restituere debeat, non tamen tam ejus quam minoris personam infipicimus, secus se res habet in casu conversosi minor emit ab alio rem, tunc enim restituto minore emtor licet pecuniam otiosam habuerit ad usuras precii tenetur, sufficit enim quod eas percipere potuerit d.27. Zoëf.adt.de min. n.63. Sed quid si reus rem non opposita dolii exceptione restituerit, an actione aliqua impensas & precium repeteret possit? queritur, & de pretiore res nobis clara videtur, novum enim non est in jure ut si contractus vel rescindatur, vel etiam nullus sit, actio tamen ex illo detur l.62. §.1. de contrah. emt. sed de impensis res difficultis est, & quamvis regulariter in causis ubi impensas retentione servamus, si rem restituimus non deductis impensis, illas postea repeteret non possumus, Struv.adt.de R.V.n.30 in nostro tamen casu dari adhuc causis ubi actione vel imploratione officii judicis has impensas consequi possumus, nobis persuasum habemus, inter quos principalior rem ponimus: 1. si possessor compensare voluit objectum veròabile

bile non fuerit; 2. si condemnatus est ad restituenda bona pupillaria non attenta exceptione; ut & 3. si retentio locum habere nequivit. vid Brunnem. ad l.1 de contr. rur. add. d. l.1. §. 4. an autem possessor si sponte restituit actionem habeat; quod volunt quidā arg. d. l.1. & f. C. de contr. jud. quid nos sentiamus in confictu trademus si datur occasio. quamvis autem dicto modo pupillus & minor rem suam vindicent, non tamen hoc prodest tutori qui evictionis nomine sese & res suas obligavit l.9. C. de prad. min. licet enim venditio sit in totum nulla, adeoque obligatio pro emitione valere non videatur l.178: de R. I. tamen hoc sic singulariter fallit, quia tutor sibi imputet quod contra legis interdictū minoris prædium distraxerit, & res suas pro evictione obligaverit. Hering. de fidej. c. 10. n. 159 seqq. hæc tamen vindicatio non ut alia perpetua est sed quinquennio terminatur, quæ tamen post majorem æatem demum currere incipit, modo possessor sit in bona fide, & ex causa onerosa possideat, minorque major factus id sciverit, si vero ex causa lucrativa possideat & in b. f. sit sciente id majorenne, 10. vel 20 annis præscribit, malæ fidei possessor vero nullo modo usucapit l.1. C. si quis ignor. rem min l. f. C. si maj. fact alien. Perez. & Br. add. L. L. ubi limitat: tradunt: quæ omnes eo redeunt quod ratihabitio pertineat tantum ad nullitates ex jax dictis causis non vero alias. Carpz. l. 5. R. 76. Richter. dec. 13. n. 14 seqq. Berlich. p. 1. dec. 112. n. 10. ubi rectè addit lapsum hujus temporis excludere minorem non per modum prescriptionis sed ratihabitionis tacitæ.

§. 15.

Dicta modo obtinent si adversarius qui rem minoris possidet nisi adveretur, vitium in alienatione commissum esse; sed quid si illud farius proponeret, cui probandum onus incumbet: & quamvis alias pro actus bet sollemnitate & decreto judicis sit præsumtio, qua onus proban- nitates ad di in adversarium transfert, id tamen hic fallit l.13. §. 2. de publ. in fuisse. rem ait. quilibet enim intentionem suam fundans in actu aliquo certa qualitate imbuo ita ut coniunctus singularem producat effectum, non solum actum sed & qualitatem ejus probare debet c. 31. X. de elect in 6. rectius tamen cū Carpz. p. 1. conf. 11. def. 32. & 1. R. 80. dist. an minor reperens fateatur rem cum cognitione causæ & decreto esse alienatam, sed nulliter; an vero simpliciter vindicet eā,



de decreto autem nihil dicat: pr. casu probare debet minor per l. 5.
 §. pen. de reb. eor. post. verò adversarius d.l. 13. §. 2. de publ. in rem
 att. illud addendum, quod non cogatur præcisè minor rem suam
 repetrere, sed in potestate ejus sit rem nulliter alienatam repetrere
 an-contratutorem vel curatorem vitiosè alienantem ratione inter-
 esse & ad pretium agere, si forsan non in rem ejus versum sit vel
 inutiliter consumptum l. 5. §. 11. de reb. eor. l. 10. cod. l. 16. de adm.
 tut. liberum enim ipsi est contractum approbare, sed quaeritur,
 an hoc casu tutor possit vindicare loco minoris rem alienatam? &
 quamvis videbatur consecutus solutione precii dominium rei ven-
 ditas quod minor ad huc habebat, rectius tamen negatur ei rei vin-
 dicatio; cū ipsi exceptio dolis obstat, factum enim proprium impu-
 gnare intendit, cui accedit quod contractus non sit nullus, minor
 enim eligendo actionem adversus tutorum cum approbat, atque
 sic dominium non retinet & hoc etiam obtinere tradit Sand. l. 2. t.
 9. def. 17. si tutor sit hæres minoris: add. Dom. l. 19. c. 12. lit. L. ibid.
 Hilliger. Præterea & hoc notandum, quod si omnia requisita alie-
 nationis adfuerint minor tamen se se laesum sentiat in integrum re-
 stitutionem petere possit. l. 1. 11. C. de prad. min. l. 7. de min.
 quamvis enim pro decreto judicis sit præsumptionum nullam falsitatem
 intervenisse d.l. 1. hæc tamen præsumptione non est juris & de jure, &
 ita admittit probationem in contrariū. Odd. p. 1. q. 22. quam & hic
 desideramus. Cœterum notandum, quod quamvis sit in arbitrio
 minoris laesi, an contra tutorem actione tutelæ experiri, an vero
 rem suam repetrere restitutionis auxilio velit, id tamen fallere in
 variis casibus; & quidem l. in genere si minoris non intersit ha-
 bere rem portius quam interesse, maximè 2. siis contra quem se re-
 stituti petat, sit in b.f. l. 13. §. 1. de min. & tutor solvendo existat, 3. in
 solutione, non enim debet facile contra alienationem admitti
 minor, quando alia ratione ipsi satisficeri potest. Bacch. ad Tr. v.
 1. d. 11. §. 11. lit. C. arg. l. 16. de min. imo adhuc 4. specialiter in casu
 nostro, puta si res cum decreto solenniter alienata sit, quia tunc
 minor nullam lesionem ratione alienationis allegare potest, sed
 tantum ratione pretii inæqualis, quod verba rursus admittatur
 licitatio l. 7. §. 8. de min. & d.l. 11. satis innuunt, & præterea
 restitutio non plus reddere potest, quam laesio abstulit, unde
 &

fallit.

& in l. 1. 2. C. si advers. vend. dicitur, quod si minor in precio
emtionis lexus sit, id beneficio restitutionis non suppletatur, cum a
tutore vel curatore resarciri possit, ita ut ad restitutionem recurre-
re non sit necesse add. Br. ad d. l. consequens est ut si ad eam recur-
ramus, si sc. tutor vel curator non sit solvendo, non ultra sup-
plementum precii agere possimus; ut tamen in arbitrio sit rei,
an velit pretium restituere, an rem cum omnibus fructibus restituere, &
pretium cum omnibus utilitis repeteret. Perez. ad t. C. si major, fact.
Zoef. ad t. de rebus eorum n. 4. ubi etiam de remedio l. 2. C. de
ref. vend. agit circa quod l. 1. C. si maj. fact. al. aliter resolvunt:
Perez. & Br. add. l. C.

§. 16.

Quae minus pleno jure pupillorum & minorum sunt, itidem *Vel minus*
facilius conservantur quam aliorum, difficilius vero in totum amit- *pleno jure*
tuntur. Sic licet aliis vasallus *feudum* amittat, si in personam domi- *ut 1. feuda-*
ni peccet sive directo puta eum occidendo. 2. F. 6. 7. c. prima §. 2. que amit-
t. 2. F. 24. c. quedam 2. f. 51. quod in nostris personis fallit si dolus tuntur.
sit praesumtus per Sfort. Odd. p. 2. q. 80. pass. non vero si verus Dominus
arg. l. 37. §. in del. d. min. vel 2. accusando. c. sciendum §. 2. 2. F. 33. occidendo.
quod item cessat, (licet aliud videatur. Ludv. adjus. feud. c. 16.) accusando.
tum per l. 1. §. 10. ad Sft. Turpil. l. 14. §. 2. de bon. libert. tum quod
ex inconsulta potius facilitate ad accusandum profiliat *Vult. de*
feud. l. 1. c. 11. n. 38. tum per l. 4. C. d. aut. præst. Si tamen in accu-
sando malitia ejus probari possit merito Ludwell. favemus. arg. l.
39. §. 2. d. min. Rosent. c. 10. concl 22 n. 38. quod & obtinet in te- *contra enm-*
stimonio dicendo. Sive per consequentiam, si aliquid in personas *restituonem*
domino subjectas vasallus comiterit arg. §. 11. I de injur. stuprando *dicendo.*
sc. filias, vel uxorem domini violando. c. quia supra 1. F. 5. c. sanc- *stuprando*
mus 1. F. 21. in hisce minor non excusat cun. & ordinaria afficia- *subjectas*
tur pena in hoc delicto per l. 37. §. 1. demin. Si vero occasione re- *domino*
rum feudum amittatur sc. si dolo negaverit vasallus c. si de fendo §. *personas.*
vasallus 2. F. 26. 2. F. 34. videtur ipsi contra dolum non succurri *negando*
verum in simili responsum legimus Ulpiani, quod *contra inficia-* *feudum*
tionem debeat restitu in l. 9. §. 2. de min. cum pro affirmante *esse*
habeatur, idem obtinendum si & deterioraverit: quod si tamen *& illud a-*
alienaverit c. clientulus 1. F. 13. plane non amittunt nostra personæ *lienando.*

feudum per l. etiam C. de pred. min. & tr. de reb. eor. sine decreto enim alienatio non valet Simon. d. tr. l. 2. t. 6. n. 28. seqq. decretum autem hoc casu accedere non posse putamus, cum illud non nisi causæ cognitione & pro utilitate pupilli fieri debeat, quod si magistratus adhiberet, dolo facere videtur & colludere cum domino, semper enim ipsi est damno hæc alienatio, merito ergo nulla & hoc casu, licet de facto adhibitum decretum.

§. 17.

Si vero minor perpetraverit parricidium, prodiderit convallum, vell læse majestatis sitreus feudum amittit c. prima §. deniq. 2. F. 24. c. si quis 2. F. 37. c. 5. & si qua de pæn. in 7. in hisce enim delictis tam atrocissimis ætati non succurratur. Matt. ad l. 108. de R. I. Non petendo tamen investituram pupillus etiam tutorem habens ipso jure tutus est, & ad recognoscendum & fidelitatem præstandam nec ipsi nec tutores compelli possunt. c. 4. f. c. 5. 2. P. 26. 1. F. 2. 2. c. 1. Rosenth. v. 6. concl. 41. n. 1. seqq. cum etiam pateat vasallum intra pubertatem renovationem investituræ petere non cogi c. si de fendo § si quis deceff. 2. F. 26. Luduvell. d. l. c. 11. minor vero non petendo intra annum & diem amittit feudum c. 1. f. 2. F. 55. restituitur tamen arg. l. 19. de min. Gl ad d.c. Rosenth. c. 6. concl. 40. licet dicatur contra delicta non impetrari restitutio nem tamen hoc procedit solummodo in delictis commissionis non vero omissionis arg. l. 2. Csi adv. del. in Gl. alleg. Rosenth. licet habeat curatorem t. t. c. situt. vel cur. interv. Besold. p. 2. conf. 39. n. 30. add. Rosenth. c. 10. cl. 1. n. 12. an autem adhuc hoc obtineat si non directo laesio contingat ex omissione petitionis renovationis, sed tantum per consequentiam ex actu à tertio gelto v. g. si minore non petente investituræ renovatione novus fundi possessio domino consentientia id opignoraverit an minor restitus à pignoris nexu feudum liberare debeat queritur? negat hoc Carpz. l. 1. dec. 76. quod opignoratio illa non immediate ex laesione minoris contigerit atq; ita restitutio plus reddere non debeat quam abstulit laesio: verior tam mihi videtur sent Brunn. ad t. C. de reput. que sunt. tum per textum generalem in l. 9. pr. de min. l. 44. cod. tum quia etiam quoad tertium omnia in pristinum statum reponenda sunt, quod non fieret si restitutio non omnes post contractum secutos actus ener-

enervaret, tum quod negari nequeat minorem per omissionem renovationis investiture non minus laedi, si ipse quicquam in sui praejudicium omittat vel alienet, quam si in re omissa postmodum alteri jus quoddam queratur, ius enim hoc tertio non fuisset queritum si minor juvenili aetate dueatus renovationem petere non neglexisset. In emphyteusi circa alienationem, deteriorationem eadem obtinent propter identitatem rationis, si vero minor pensionem non solvat intra triennium l. 2. C. de jr. Emphyt. non propterea amittit emphyteus in cum ille solvere nequeat §. 2. I. quib. al. lic. Si vero tutores solvere omiserint ipsis non praedictetur, sed restituuntur in integrum, melius en. m est intata jura eorum servare l. f. C. si maj. fact.

§. 18.

Sic & usum fructum nostræ persona alienare nequeunt, immo non utendo non amittunt l. 3. §. 5. de reb. eor. cum enim impo- 2. ususfru-
nere servitum prædiis non possint nec illam remittere poterunt, etus.
arg. l. 4. de R. l. 10. quemadm. serv. amitt. quo in casu & majori
communem fundum cum iis habenti succurritur dl. add. Carpz.
p. 1. conf. 16. def. 17 n. 2. possessionem quoq; quam bona fide habent 3. possesso.
sine decreto alienari nequeunt l. 5. §. 2. de reb. eor. difficulter enim
possessio distrahitur, & judici incumbit propiscere ne amittatur.
l. 5. §. 10. de reb. eor. unde sine cognitione alienata a secundo em-
ptore vindicatur l. 3. C. qn quis sign. rem facillimè antem acquiritur,
cum hi qui infantiam egressi sine tutori possidere possint. l. 32.
§. 2. de acq. velam. poss l. 4. §. 2. de usuc. licet infantes tutori
auctore quandoq; & sine eo acquirant l. 3. C. de acquir. Et retin. poss.
E Kols add. n. 6. a contrario ergo sensu rem quam mala fide possi-
denter vel sine titulo, alienare possunt sine decreto. Menoch. Adip.
poss. n. 20. Quod si tamen pupillus in possessionem sit missus licet
illa sola jus percipiendi fructus non tribuat; tamen alimenta ipsi
debentur l. 5. §. 3. de Carb. Ed. quod & ad sumptus studiorum
DD. extendunt. §. 19.

Resaliorum quod attinet, pupillis & minoribus in illis varie
prospicitur, modo per jus ad rem idque vel nudum vel cum pri- vel circa
vilegio prælationis, vel jus in re; sive a bonis tutorum vel curato- res aliorū,
rum habent tacitam hypothecam tam pro male administratis & habent
quam neglectis l. 20. C. de adm. tut. l. pen. C. in quibus caus. pign. l. hypotheca

nn

S. E.

in bonistu- *un § 1. de V. R. A.* ita ut praeferantur personalibus debitoribus eorum.

l.f. de tut. & quidem non solum ratione sortis sed & accessionum arg. l. 18. qui pot. in pign. Carpz. p. 2. const. 24. def. 12. &c hanc hypothecam non noviter a Constantino in dl. 20. introductam esse, sed jam ll. ff. ex jurisprudentum responsis cognitam fuisse contra Ant. Fabr. in jurispr. sua, Carpz. Brunn. & Ant. Matt. de act. l. 1. c. 19. n. 40. aliosque cum Wissenb. ad t. ff. de adm. tut. affirmamus moti 1. arg. dl. 20 ubi nil est quod arguat novam constitutionem 2. arg. l. 3. pr qui pot. in pign. ubi datur hypotheca in rebus pecunia eorum emptis: incipit autem haec hypotheca statim a die delata tutelæ l. 6. §. 1. def. nupt. Struv. ex 26. §. 2. &c pertinet non solum ad res tutorum sed i. etiā actorum utpote qui illis æquiperantur; ut tradit Bartol. in l. actor: rem rat. hab. 2. procuratorum prototorum; non enim debet esse melioris conditionis qui pro tutor se gerit & ita male administravit quam ille qui revera tutor est c. eum qui x. de proband. esset enim absurdum plus tribueret putativo quam vero add. l. 19. §. 1. de rebus aut. jud. poss. l.f. de tut. & Grat. distr. haec autem incipit a die demum administrationis dl. & Ord. Nov. Proc. jud. t. 45. v. wann aber Carpz. dl. d. 14. 3 honorariorum dl. 20. 4. matris tutricis arg. auth. sicut C. de leg. tut. Berlich. p. 1. cl. 67. n. 21. s. curatoris ad item l. 3. §. f. c. de jud. & ibi DD. Berlich. dl. n. 24. 6. tutor administrantis bona filii l. 6. §. 2. f. C de bon que libr. I. 8. §. 4. def. nupt. & facit l. Imperator. ad Sct. Trebell. quod restringet ad administrationem bonorum adventitiorum maternorum Carpz. d. l. def. 17. & sc. si dolus intervenerit, culpa enim non sufficit dl. Imperator. 7. vitriici; qui pro mala administratione matris tutricis ad secunda vota volantis non restituta tutela tenetur l. 6. C. in quib caus. pign. exceptias tamen magistratum qui tutorum dedit lib. 1. §. 14. de mag. conv. Mont. d tr. c. 31. eff. 2. Sic & in rebus pecunia eorum emitis habent eandem hypothecam perl. 7. qui pot. in pign. l. 2. qn. ex fact. tut. de qua & supra §. 8. b. c. add. Struv. ex 26. §. 2.

§. 20.

Datur autem contra hæredes tutorum vel curator. dl. 20. C. de adm. tut. l. 13. §. f. C. de judic. non autem ultra quam ad ipsos per- venit Berlich p. 1. cl. 67. n. 38. Si enim in generali obligatione bo-

na

na hæredum non veniunt multo minus in tacita *Mont. d. tr. c. 31.*
eff. 2. n. 36. seqq. non vero tutor vel curator heredibus *l. 19 §. 1. de
 reb. aut. iud. poss. l. f. in quibus caus. pign. tac. l. 42. de adm. tut.*
 est enim personale quid & officiis eorum inharet arg. *l. 68. de R. I.*
Berlich. p. 1. cl. 67. n. 33. non obstat rationes *Carpz. l. 4. §. 33. n. 9. & dl.
 def. 13. & Mev. p. 8. d. 393.* ad 1. enim respondemus negando quod
 competitat cause per text. express. *ndl. 42.* ad 2. diversam esse ra-
 tionem quasi contractuum & privilegiorum in illis enim semper
 heredi propicere quilibet videtur, in his vero non, cum
 plerumq; propter personæ conditionem concedantur *arg. l. 68. de
 R. I. ad 3. n. 2.* mulierem non transmitti jus tacite hypotheca nisi ad
 liberos, quibus tamen expresse & ex concessione etiam est datum
 alias & in his cessaret; pro nobis autem dictæ rationes aliquid fa-
 ciunt & ex illis contrarium defendimus. ad 4. *Dn. Carpz. n. 2.* est in
 1. & hæc datur solum in bonis allo dialib; non feudalibus *per c. un
 § in generali 2. F. 26.* quæ enim alienari prohibita sunt, in hypo-
 theca bonorum non veniunt. *l. 88. §. 15. de Leg. 2.* item cum
 agnatis prejudicaretur & ita jus qualitum auferretur *Berlich. p. 2.
 concl. 31. n. 13. seq. contr. Carpz. l. 4. R. 23. n. 2.* Quid si pupillus
 ad emendam aliquam pecuniam mutuaverit: habet in illa re hy-
 pothecam etiamsi de ea sibi non prospexerit *l. 7. qui pot. in pig. l. 3.
 de reb. eor. qui sub tut.* *Berlich. p. 1. cl. 65. n. 145.* *Carpz. p. 1. confit.
 29. d. 109.* Hic adjici potest quaestio, an minor rem venditam sim-
 pliciter tradens alii creditoribus præferatur & tacitam habeat
 hypothecam? quod cum *Berlich. p. 1. cl. 66. n. 56. negamus.* tu quod
 nos deficient leges, & licet simplicitas & ignorantia videatur hoc
 indulgeri debere, cum det ruffico hypothecam; tamen quia diversa
 est ratio, & illa ignorantia minoris per curatorem judicisq; decre-
 tum suppleatur, creditoribus suis acceptum ferre debent quod sibi
 de hypotheca in rebus venditis non prospexerint; *Berlich. dl.* ha-
 bent etiam nostræ personæ privilegium personale in bonis ejus ² *privile-
 gium.* qui ex officio amicitia negotiis eorum gesit *l. 23. de priv. cred.*
 & ita chirographariis præferuntur *Berlich. p. 1. cl. 70. n. 20.* pos-
 fint adhuc plura adjici sed cum nostri instituti ratio non permittat,
 & scriptum nostrum ppter mentionem sub manibus creverit, fi-
 lum abrumpemus. *Triuno* vero nostro *Praesidi* pro concessa sua
 gratia in æternum erimus grati. FINIS.

K

Aut

Aut Tibi, BURGMEISTER, dedit arx aut Curia nōmē,
Aut sponor spondens: trinaque bina placent;
Aula gerit curas Regni, & tutamina Regis
Pupilli, ac curae Curia curat opus;
Tutor agit prudem spondens: Tu singula tractas
Præstanto; nomen clareat, euge! Tuum.

*Nobilissimo DN. CANDIDATO, Fautori &
 amico suo hac gratulabundus adject*

CONRADUS FRANZ / J. U. D. Consiliarius
Hassiacus & Judicij Aulici Assessor Ordinarius.

Non est quod calamo decorē. Tua nomina largo
 BURGMEISTER, cūm sint cognita Saxonīæ.
 Hassia nostra Tuas operas quoque laudibus ornat,
Nec deerit capiti laurea digna Tuo.
 Clarum propositum est Cathedram quo scandere tendis,
Optatos fructus hinc dabit Alma Themis.
 Hinc dabit Alma Themis celeberrima, splendida dona.
Hinc Patriæ referes gaudia, delicium.

*Hac Nobilissimo, Pereximio ac Præstantissimo
 DN. CANDIDATO Convictori suo
 jam in quadriennium Snavissimo, Fau-
 tori Honoratissimo; memoria ac gratula-
 tionis ergo relinquere & apponere voluit*

JOHANNES HENRICUS Kleinschmidt /
 Professor Juris Extraordinarius
 Marburg. Cattorum.

Glück zu! o Wehrter Freund / daß Er mit Ruhm bestritten
 Der Rechten hohe Burg als Meister dieser Kunst /
 Durch wachen Tag und Nacht / ob Er gleich viel erlitten
 So hat Er doch erlangt der Musen hohe Kunst.
 Apollo ist bereit sein unverdrossen Schreiben
 Zu heben Sternen hoch mit unverwecktem Glanz/
 Und der Juristen Zahl mit Ruhm einzubreiten
 Glück zu! o Wehrter Freund / glück zu dem Ehren Krantz!
 Dieses überschicket im Gil
 Dem Herrn Candidaten Seinem Hochgeehrten Herrn Vettern
 vermöge schuldiger Pflicht mit dienstwilliger Hand
 G. F. Schleich/ U.J.L.

PUPILLOS miseros trux & violenta Potentum
 A c opulentorum supprimit asperitas.
 Undique circumdant hos inclemnia fata,
 L ucro sed prosunt **LUBRICA JUDICIA.**
 Vagitus illi tetigerunt Culmina REGUM
 S ummo quæ decorat robore ab axe DEUS.
 Banno damnârunt lacrumantia vota perenni,
 V t planetus nostrâ nullus in aure strepat.
 Reste **BURGMEISTER** nobis Oracula monstras
 G randia, quæ Cæsar reddidit Imperio.
 Miramur genium ac ingentia dona stupemus,
 E xiguos annos, queis SACRA MUSA beat.
 Instruis ingenuè **PUPILLOS** atque MINORES
 S emina doctrinæ spargere clara volens.
 Tantâ doctrinâ tantis virtutibus auctos
 E xornat meritò laus sine fine vigens;
 Restituet natale solum TIBI munera digna,
 Sicque TIBI PUGNIS digna bracea dabit.
 Hisce paucis Nobilessimo & Præstantissimo Dn. Candidato
 amicitia documentum & constantissime ad quævis
 officia promptitudinis symbolum præbere debuerunt
COMMENSALES.

Quem quondam Musis Vates fecere magistrum
Illorum in cerebro natus Apollo tuit.

Quamque illi sociam Musis posuere regendis,
Ingenii lusus, *Nata Tonantis*, erat.

Fallor: an est melior spes haec, (mens credere prona est.

Omine nec cassum notem, *Amice*, geris.)

Te quondam *Claria* clarum fore in ARCE MA-
GISTRUM,

Qui Duxis eximium munus obire queat.
Militis interea defungere munere, & arctas

Irrumpens fauces culmen honoris adis.

Hac igitur grassare via virtutis ad arcem.

Et positas docto rumpel labore moras.

Ifelix, quo TE Tua laus, quo certa Tuorum

Spes, quo Te Domini gloria prima trahit.

canebat:

Nobilissimo DN. CANDIDATO. Fautor. Amico
& Populari suo honoratissimo

M. DANIEL Mündler / Ulma-Suevus.
SS. Theol. Cultor.

Gießx Hass,
d. 1. Decem-
bris 1:83.

* * * * *

* * * * *

VIncolum nullum videoas in orbe,

Quod queat mentes hominum ligare,

Quodque sic arcta teneat catena

Corda bonorum.

Ac idem aut compar studium, vel una

Mens & in rebus simul universis,

Ut decet, tandem paritas honesta

Pectora stringit.

Haste-

Tub
18. N
bris

(77)

Hactenus nosmet VENERANDE AMICE
Mensa, mens, compar studium ligavit,
Contatenatos noviter subinde
nosque tenebit.

Gratulor quando solidè attigisse
Terminum TE nuuc video , & colendis
Artibus jam jam satis eruditum
Sicque beatum.

*Hac sunt, Nobissime Domine CANDIDATE,
Fautor & Amice Integerrime, quibus as-
fectum & obseruantiam suam ex debito
contestari voluit*

JOHANNES HELVICUS SINOLD
dictus Schün.



Et aliquid, studio juris pervolvere leges,
Ante labor, post hunc gloria parta venit.
Hinc Tibi cordicitus latus nunc grator honores.
Quos Deus omnigenā prosperitate beet.

Paucis hisce

*Nobiliss. & Preclariss. DN. BURGMEISTER
Fautorem, & Cognatum Aestimatis. absens sa-
lare, eidemque quavis è caelo incrementa ap-
precari voluit*

GEORG. FRIDERICUS Gaupp/
P. B.

Tubingae d.
18. Novem-
bris 1683.



Dum fera bella movet mundo furialis Enyo,
 Pro patriâque terunt prælia dura caput,
 Victor ab Urbe Tuis verè splendentibus armis,
BURGMEISTERE, venis. Nomen & Omen habes.
 Parnassi Portas adapertas ecce! paratus,
 Hostibus ejectis miles honore subis.
Intrepide dudum Musarum castra secutus,
 Jam virtute Tua parta trophæa capis.
 Consecendis doctâ certâ quoq; mente cathedram,
 Laurea quò cingat tempora digna Tua,
 Sint tibi perpetui, tribuit quos Pallas, honores:
 En mea vota, vides? Hæc Tibi vota dabo,
QUÆSITAM MUSAM precor ut Superi Tibi servent
 Et mittant porrò, quod Tibi **FINIS** erit.

Animitus gratulatur

J. J. FRAYSS.

In mundo duo sunt, quæ sumnum culmen honorum
 Procurare queunt, divitiisq; beant.
 Arma puta ad genios animosos ritè domandos
 Et leges, vigeat jus ut ubique probum,
 Clara doctrina, Fautor Venerande, coruscas
 Quod contestantur Strenua proposita.
 Aspiras meritò summos adjuris honores
 Et scandis Cathedram { quod tua vota volunt
 } quod tua fata jubent
 Gratulor ex animo: maneant tibi prospera fata;
 Te pariter decorent & **VENUS** atque **THEMIS**
Hælinea Nobilissimo D.N. CANDIDATO contesta-
 buntur, quod amicitia & bencvolentia ejus
 nunquam immemor erit.


GEORGIUS Berghoffer,

Al ewig wehren soll der Ruhm den Pal-
las giebet/
Da darf man zweiflen nicht / weil alles was be-
trübet/
Deswegen man vergift / so daß die Sterb-
lichkeit

Verwandelt unvermerkt sich in die Ewigkeit.
Drum treilendu begehrst dich ganz und gar zugebē
Den Mūsen/ ja dabey aufopfern selbst das Lebe/
So wird die Tugend nicht verbleiben unbēlohnt.
Wenn dich gleich Nomus haſt / und deiner
nicht verschont.

Was ich dann wünschen hör / daß GOTT dir
wolle geben/
Was du dir wünschen kaſt und magst in diesem
Leben/
Das wünschet gleichfalls dir / der dich am besten
kennet/
Und selbst von Jugend auff sich deinen Bruder
nemt.

J. S. Burgmeister.



X261.5939

b17

Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Inches	1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19								
Centimetres	1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19								

B.I.G.

GULARE 45
ORUM +
ORUM,
d sub 1683, 2.
SIDIO
RIUNI,
te & Decreto
AMPLISSIMÆ
S JURIDICÆ
IMA ACADEMIA
MIANA,
RE honoribus & Privilegiis
RALIBUS
btinendis,
TUI ACADEMICO
cutiendum
m 6. Decembri,
RGMEISTER,
UEVUS. 45
CATTORUM,
KÜRSNERI, Acad. Typ.
OCLXXXIII.